tari iuxta necessitudinē, vehementius feriat sensū, necessum ergo est senti-re in presenti, & si pulsus iste sinthomaticus ob inflāmationē, hoc est apā calidum fiat, non semp est in materia huius textus, talis pulsus ob magnitudinem abscessus, que omnia, iterum initiantes declaremus & oportet ante cetera dubitare, primo de saltu, cum nō fiat nisi a spū flatuoso, in mille locis iā citatis, & talis spūs flatuosi causa coadiuuatiuā est frigiditas, & fūdamētalis humor crasus, tunc sic, omnia ista sunt longe a conditione acutorū morborū, de quorū inditiis est presens opus, igitur. respondeo, hunc affectum pulsus, aut palpitationis, posse euenire in illis, & vt Gal. ponderat ex verbo posito in litera insit, quasi intus sit, talis affectus est interiorum mēbrorū, & si pulsus exterius tāgenti possit percipi, & tunc dico, ꝙ ob istā obiectionē, ego potius quiesco verbo pulsus, quā verbo saltus, pro quanto pulsus, inflāmationē toius sequitur, q̄ poterit esse de se acutus morbus, dico. 2. ꝙ pro quanto, siue pulsu, aut saltu, tandē deliriū potest significari, & non quodcūq;, sed imensū, vt sit insania quedā, q̄ omnia protendunt tā nobilem sedē, & sic vi-te necessariam esse lesam, puta cerebrum, inde est ꝙ pronosticatio ista magni momenti est, & ad acutos pertinet morbos. Per hunc ergo preter nāēm motū, qualr cūq; vocetur, duplex affectus ex litera significat, aut perturbatio, aut delirium, & ex sniā Gal. in cotō pulsum (duorū mēbrorum, puta diafragmatis, & oris ventriculi. Ex consensu cerebri tanto, ad hec duo membra magna neruorū propagine vtriq; supeditata, vt in lesionib⁹ capitis frequētes vomitus concernamus, & diafragma, methafrenū dictum sit, quasi mētis frenum, vt ipso leso, potissime apāte calido, ilico mens insaniat, sequitur deliriū, perturbatio vero, sequitur) affectum aliorū mēbrorum. s. venarū, q̄ iuxta portas sunt, grece pilerō, aut fundi ventriculi, aut aliarum cauitatum circuniacētium. Primo super hoc cōsidera, quid p perturbationē intelligat Hip. & iuxta mentē Gal. vnū sic cōmune accidens periculosarum affectionum, vt non solum infirmi verum medici ipso viso pturbent, & certe multum deberem domino Gal. si sigillatim explicaret tale sinthoma. nā id nō ē angustia: & si vet⁹ litera asserat, cū nullum affectū esset apta sic inseq angustia, sicut oris vētriculi, nisi dicas angustiā ocultari delirio, qđ talē ptīculā est aptū insequi, sit ergo sentētia nostra, ꝙ affectus istius textus vnicus est, & si habeat gradus. s. melancolicus, de quo ipse Gal. 3. de locis affectis. cap. 6. & ē affectus per consensū, & nō priuatus in cerebro, & totus dicit melancolia hipocōdrialis seu mirarchialis, & fit ex vaporibus melācolicis acēdentib⁹ ex his mēbris sub illis positis, quibus ob inflāmationē sanguis adurit, aut ob morā alimenti in talibus viis, ventosi spūs flutuant, qui sapiunt naturā humorū a quibus pullulant. Habes. n. pria terci. cap. de melancolia, tremorem seu saltum mirahc. Pro familiari signo ipsius hipocūdrialis, in his enim corrupto cibo, sepe fiunt oxiremie cruciantes, sepe dolores intolerabiles, & es-

tuatio

tuationes incōpatibiles, gurgulationes, & alia perturbantia sinthomata, qui bus infirmi perturbantur, cum parū post videatur.s. esse incolumes. & etiā medici perturbantur, sepe incognita causa talium sinthomatū. & potissime cum non videant corpus valde elōgatum a sanitate, preterito eo tempore insultus. q̄ si illi vapores sursum ferant̄, vti visus solet perturbari ab eis, si ip sos contingant oculos. sic & cerebrū incipit agitari variationum frequentia & perturbatione, vt ipsos egrotos affirmare videas necessario morituros, & alia istius modi, vt & medicus perturbetur. ex qua sententia intelliges faci le, id q̄d A ui. in capitulo de duricie stomachi, in signis in verbo, & multitu do varietatis est eis, in quo vane laborat ille gētilis. & in codice castigatome lius scribitur, cum multitudo imaginationū habeat̄. q̄d idem est, variat̄ eni eger in actibus suis, lesa imaginatiua, ex fumis illis melancolicis sursum la tis, in apāte duro stomachi. sed iste gradus perturbatiōis, hoc est affect⁹ me lancolicus aliquo tēpore est occultus, vt potius videas eos egros circa lesas sedes granari.s. circa ilia, quā cerebrū pacti diiudices, contēplare autē ocu los. nam si ipsius patiētis oculos videas crebo moueri, iam illa perturbatio, ad publicum cerebri affectū transit.s. ad delirium, & non quodcūq̄, q̄a ali q̄d erat in primo gradu, puta in perturbatione, sed ad magnū, quod insaniā seu maniā, licitum est apellare, qui crebus oculorum motus. semper cū reue rentia tanti Gal. nō credo accidat, q̄ sit priuati sic cerebrum lesū: vt inde agi tentur oculi ad modum conuulsionis. ipsis neruis suorū musculorum cōsē tientibus ipsi principio, sed considero, q̄ sicut dactū est quibusdam in sa nis, oculos fixos habere ad aliquam rē, ita freqnētius aliis, habere ipsos va de mobiles & agitatos. prout varietas imaginationū conducit eos, quot eni sunt affectus in cerebro sat magni, qui non sic euariant oculos. ergo, cum va riis phantasiis agitetur, huc & illuc vertunt oculos. quasi visuri, & consequ turi q̄d imaginat̄. ergo existente eo affectu melancolico, in mēbro, cui non sic consentit cerebrū, aut ipso affectu non sic valido, perturbatione affligun tur infirmi. puta vanis anxietatibus & angustis, attinentibus ad cor, stoma cum, & ilialia mēbra. quē affectū, aliquem latentē modum stulticie, isequi credimus, & iste affectus hipocōdrialis, satis cōis nostre patrie, quādo vero aut nobilitate sedis, magnoq; consensu aut intenso gradu affectus. iā duci tur ad crebū oculorum motū, expecta delirium publicum ad insanie modū erat aūt partes nobilissime, os ventriculi & septum trāsuersum, & de eis di ctum sit est etiam nobilissimū mēbrum ipsa arteria dorsi, imo noto. si tibi videatur consentaneum, hanc literam, per verbū pulsus legere. q̄ pulsus in ore ventriculi, & in diafragmate & partibus illis, non est nisi in ramis illius arterie, qui illa mēbra circundant, aut aliarum similium aliis sedibus rami ficatarum. Fundo autem istā sentētiam, vt placeat plus legere verbum pul sus, quam saltus. quia experimento publico videmus, hos motus in talibus

mēbris

membris, esse perseuerantes. Palpitatio autem nō est motus perseuerās, & si id non sit impossibile, iuxta inouationes spūs flatuosi. Arteria igitur illa magna decendens super quiutā vertebrā, ibi quiescit, & interponit pulmoni, nec dorso offendatur, & inde descendēs per dorsum, duos ramos trāsmitit ad septum transuersum. & inde rami ficatur in stomacho, & inferioribus membris, sed cum i dorso est, inde appellationē sumit, estq; sat nobile & necessatiū mēbrum, basisq; aliarum arteriarū, si igitur ex vaporibus fraudulētis, aut ob inflāmationem, vltra modū dilatetur (necessū est) a partibus circuniacētibus sensibilissimis, ipsius pulsū sentiri, & de hoc tremore diafragmatis, gratia sanguinis atri contenti in venis deseminatis per ipsū, ille nr̄ fa miliaris Matheus de gra. cap. de tremore cordis, aliquid dixit de mente Rasis, nec nego in omnibus istis mēbris pulsum seu saltum fieri ex illis vaporibus impellētibus mēbrum, quod iterum sui grauitate premitur, & ꝙ cor habeat tremorē ex simili causa, & quod id ī feminis fit sat familiare, vteri vicinitate, totum id est ad maiorē enucleationem textus, sed verbo pulsꝰ magis hereo. fit ergo huius textus resolutio, ꝙ ilia se offerunt inequalia, ex textu precedenti, multipliciter. Contēplare aūt quā inequalitatem sentias an. scil. ꝙ pulsum habeant, in aliqua ipsorum parte interna, quam si videris poteris credere esse fundamentum, aut ad sinthomata hipocūdrialia, quibus satis perturbantur infirmi, aut esse fūdamentū insanie, si iam valde mobiles oculos habeant, quod totum fundat̄ in fumis melancolicis, est eni; ille humor valde flatuosus, aut ortꝰ ex sanguine adusto ob inflāmatione earū sedium: aut ob morā & prohibitū transitum, aut ex corruptione alimenti. q̄ fumi concitant eas sedes ad saltum, si ipsa per forent & impellāt, aut ad pulsum sensibilem per arterias, qui vapores, dum ignobilitate sedium, aut minori corruptione, eas sedes inferiores grauant ad perturbationē pertinent, dum vero iam cerebrum satis patitur imaginationibus, expecta insāniam, per dictum inditium, scilicet versionem oculorū crebam, q̄d totum singulariter. Aui. 15. terti de signis apātis splenis in verbo cum apātibus vero duris mlaigna fit aia & cōmouet̄ tristitia & varietas in quibusdā horis cōmix tio, vero sensus fortis, non accidit nisi apud plurimū victorie, quoniam materia melancolica mota est ad partem capitis, quanuis iam accidat ex parte alia, & est p coitatē splenis ad diafragma, deinde ipsiꝰ ad cerebrū, q̄re &c.

De abscessibus. caput. xiii.

Tumor inilijs durus z dolēs pessimus est: si in omnibus ilijs fatiget. Si vero altera pte infestat: sinistra minori cū piculo ē. GAL.

TVMOREM solet Hip. nomiare omnē molem preter nām, recentioribus medicis vocantibus vnā tantū mō molem q̄ premendo dolore vacat & digitis cedit. Quam vero rursus medici retentiores ꝓprie nominât inflammationem, hāc Hip. cōposita dictiōe durum & dolentē tumorē appellitat

Infla-

Inflamationis enim vocabulum de iflamine afferebat. Itaq; cōstat vt talis affectio si dextra affligat parte periculosior sit propter iecur: indulgentior si sinistra propter lienē exitiosissima, si vtraq; lacessit. GLOSSA.

ET si thadeus sentiat in hoc textu. Hip. discribat merito loci peiorē, aut minus malū statū omniū apātū, de quibus in textu precedenti fuit loquutus, ego non sum illius sententie, habeo enim pulsum seu saltū positum in litera antecedenti, non necessario significasse apostema, vt in vena cubiti dorsiq; ostensum est. item pulsus in iliis non semper est cū dolore, & si sit cū duricie, cū sepe sit abcessus melancolicus talē pulsum causās, qui est expers doloris, nisi grauiter premat. itē frustra descripsisset Hip. per indicia, apā in presenti, imò sat erat ipsum iā conceptū ex litera precedenti, notificare, qua parte esset periculosius. obiciebat autē ille, thadeus contra se, vt nō posset intelligi in hoc textu, omne apostema descriptū in textu precedenti, qū quidē stomachus non declinet, nec ad dextrū, aut sinistrū, hoc aūt textu, collatione harū partiū notificatur timor in dictis apātibus. respondet tūc, os vētriculi ad siuistrū manifeste declinare, & sic cōprehēdi sub dicta collatiōe Sed tunc, in veritate non sequeretur, omnē abcessum dextre partis esse periculosiorē, nam tante dignitatis est os ventriculi ob viuidū sensum, & cordis affinitatē, vt ipsius simptomatis, contingat citius interire hominem, et frequentius, non solū abcessu fundi stomachi qui ad dextrū declinat, verū & ipso iecinoris abcessu. ob q̄ omnia, mea sentencia assero, hunc textū esse alterius dispōnis iliorū expressorē, ab ea que in textu precedenti notificata fuit. nā cū in eo textu. ilia saluberrima sunt. omne viciū iliorū explicasset, notificatis significatis coligendis. Sed expulsu, per illā inequalitatē visā in eis, nūc docet quid sit significādū, si tumor dolore & duricie preditus insit talibus iliis. ac si clarius diceret, quid per inflamationē vulgo flegmonē talibus sedibus consistentē, concipiamus & significemus, cū eni tumores sint quatuor primo de diff. morborum. Si tumor est, ergo nō est herisipila, cū plurima earū non impelat cutim. est ibi dolor, ergo nō est apā meālcolicū, est deniq; ibi duricies, ergo non est apā flegmaticum, linquitur ergo his inditiis, significari flegmonē in talibus sedibus. qui si ocupet vtrāq; iliorū regionē, pessimus est. si vero alterā. scz sinistrā est cū minori piculo, sed nō absq; eo. huius autē abcessus sic calidi, in his partib9 reperti terminacionē per tractabit vsq; ad finē libri huius penes potiores cōditiones attēdēdas, vt videbitur in processu. Si vero inferius reppetat hanc eandē sententiam, an discripto in hoc textu abcessu sāguineo, deinde de flegmatico, & postea de melancolico pertractet: videbitur cōto illius, quicunq; ergo tumor dolens. vt quasi colligas, desidero, vt in textu precedenti de duricie melancolica mencionē fecerit, q̄ perturbationē aut insaniā parit. hic vero de apostemate flegmone. in textu. Si vero mollior tumor est, de pituitoso, qua aū

rationes

ratione de colerico conticuit,inferius satisfaciemus. Notandum deinde, in dextra parte sub costis mendosis situari iecur, principē significationis & naturalis facultatis. cuius opera sic est viuentibus necessaria, vt informatione fetus, si Gal. credimus libello de formatione fetus, anteit ōnibus mēbris, tā quā radicatio in planta aqua cetere partes pullulant. non minus, necessariū mēbrum ad augmētū & conseruationē. in sinistra vero parte situat liem, & si in.4. de generatione animalium. dextra situm, visum sit. & aliquando geminum, & aliquādo absq eo. sed hec longe ab homine animaliū perfectissimo. Est autē munus huius mēbri si Arist. credimus, in.3. de partibus. capl.7. ad suplementum iecinoris, natura enim amans gēminare mēbra, aut diuisione, aut situ. ipsa duplicauit, ita q lieni anectunt vene, & q̄a carneus est. ēt concoquit, & atrahit ex ventriculo aliquos vapores, quos conuertit ad sanguinē, sed ex Gal. in.4. de vsu partiū. clarius habemus ipsius operam & iuuamentum, est.n. liem organum quodā purgatoriū generatorū in epate limosorū & crasorum & melancolicorū humorum, quod si in hac opera defficiat, quot icōmoda pariat animalibus, scabiei iteritie attre, lepre & aliarum ifectionum, ad hidropisim vsq, pleni sunt libri. mēbra igit hec & si omnibus affectibus sint obnoxia, abscessibus non raro, & calidis sepe. q̄ de se aut q alios diutinos morbos pariant, puta hidropisim, aut similes, perimūt. nō solum autē hoc contingit, cum his sedibus consistant, sed in partibus finitimis: si ipsa mēbra ledantur, infortunato nāq iecinore de se, aut ab alio i officio significationis necessum est, & si prolixo tempore, hominē interire, antea vero, corruptione temperature caloris, ob ingentem flāmam, aut fluxu īmoderato: alisq sinthomatis. de quibus.5. de locis affectis &.14. terti &.15. ergo cum iecur, longe nobilius sit liene, si non actidat vtrumq latus pacti, q̄ parte sinistra infestant, leuiora sūt, ob quod permutari apā hepatis. ad lienem cōmendatur, non vice versa: dictis locis. q si obicias, argumētando de lateribus supra diafragma, q pleuritis sinistra infensior sit, respondetur eā affectum pleuresis sinistrum esse periculosiorē, ob affinitatē ad cor, hic vero gratia nobilitatis sedis propie, linquitur dextrū infēsius sinistro. Restat duntaxat pro cōplemento litere videre, si in his apātibus viscerum, tumor ad tactum, possit percipi. dic q sic ex Gal.5. de locis affectis. cap.7.3. de morbis vulga.1.11. crate. cum duabus conditionibus. q apā sit magnum, & q sit in gibo, non inconueniret etiā paruū manifestari, cum ipsum epar sic deffecisset q musculi super positi gracilarentur, & non occultarent ipsum, q̄d fuit in mente Gal. in principio cap. in verbo hepate deffectionē non patiēte. dico.2. q in tali dispōne etiā existens in cauo, posset percipi, ipso autore dicente, si in cauo hepatis, ex aliis signis magis quā ex tactu: vides tu, q particula, magis afferat, ex tactu iuuari: & si non ita publice, sicut ex aliis signis, itē q̄a textus affirmat, hos abscessus esse cū duricie, constat autem hanc quali-

tatem,ad tactum pertinere,quicquid dicat ille Thadeus.quare &c.

¶ Talis vero tumor ab initio mortē breui fore significat. GAL.

Predictus in iliis rumor si durus ac dolēs est a medicis recentioribus pro prie nominatus inflāmatio mortē ait breui fore significat. At vero id nisi aliquid intimū afficiatur mēdatiū est. Cōstat vero vt intimū sit iecur, & itē ventriculus liem & abdomē. Nā musculi in iliis si inflāmatiōe laborant in ferre mortē qui possūt,nisi sane raro,aut pp magnitudinē insignē inflāma tionis,aut pp viriū debilitatē,aut ēt quia medic9 male curet.aut quia eger aliquid cōmittat.Itaq; confusius indefinitiusq; talē dictionem scripsit.

GLOSA

Docet Hip.in presentiatum,quid possit significari per apā in preceden ti textu declaratum,vt in dictis sedibus reperitur,& inquit, q̄ minat̄ mor tē futurā,non longe a principio morbi,& litera antiqua erat conditionalis, & videbat̄ clarior,quia prepararet se ad alias terminationes. morte non illi co succedente,scilicet per supuratiōnē,& reliquas,de quibus in processu. s; quia cū conditionalis ponit̄ in effectu,est deinesse,ideo ex ambabus literis colligitur eadem sentētia,si igitur apāta in iliis sedib9,breui et mortē pos sunt inferre:ex talibus:poterit mors timeri & significari.super qua sñia.ip se Gal.iuxta dicta sua in.2.proretici in .3.cotō,taxat ipsum,de cōfusa & inar ticulata sñia,nā sentit ibi.pronosticatiōnē cōstare,non ex hisq; raro accidūt, sed ex continuis & necessariis,saltim in maiori parte,cum igitur plures pos sint esse affectus ,puta in musculis adiacentibus,qui minime letales sūt, ni si ingenti mole possset calor naturalis extingi,aut publico medici , infirmi, aut astantium errore;oportebat magis diffinire sētentiā.astringendo se ad apāta sedium intimarum nobiliū,puta ventriculi,zirbi,iecinoris & lienis, sed in veritate iustū est excusare Hip.tum general'r,tū speciatim , nā apāta partium extrinsecarū,aut morbi acuti nō sunt,aut minime periculosi si acu ti sint,farrago autē ista,acutos propie cōscernit morbos.speciatim vero, eo q̄ Hip.dūtaxat de apāte flegmone,sediū nobilibium venit necessario in telligendus,nam Gal.supra faciens vim in verbo insit,dixit ex propietate verbi insit,nos intelligere talē pulsū intus esse,& non in extrinsecis muscul' ob quod imunis est ab iniuria noster autor. Notandum vlterius apāta i his sedibus calida.notabilis esse magnitudinis,& breui et statum consequi. fit enim calore earum partium,& copia sanguinis,non exigua occasio ad in crementum,videndum.primo de differentiis febrium versus finem & aliis locis,quod de apostemate iecinoris pricipaliter intelligitur , cum viscus sit sanguineum magis ac calidius,ob q̄d pratice,& si arabes,sub ea nebula,tan tum diligant & comendent flobotho,ex oposito latere in principio, in a postemate iecinoris hoc excipitur,imo propter subitum incrementum. ad directam floboth,occurrunt,vtinam eam directiōnē absq; argumentis in

omni

omni apostemate cõspicerent,qui abcessus & si ita breuiter increscant, non sic subitam mortẽ inferunt,vt cerebrũ aut cor,affecta possint comparari,si dare est corpacti calidũ apostema,earũ nãq; sedium nobilitas accelerat finẽ magis,sed ad apperiendũ magis hãc rẽ,dices,apãtã iecinoris,lienis,& simi lium,non causare sic mortẽ ab initio.seu subito ,vt alia litera dicebat (sic .n. particula.subito.i.a principio,exponit a Gal.primo de crisi ad verba Hip) nã mors non succedit his apãtibus,nisi aut hidropisi aut fluxu ventris,vidẽ dum.5.de locis affectis,& 14.terti.in trac.3.in fine cap.2.idẽ.15.capit.4.trac.1. Sed hidrops & fluxus,sunt morbi cronici vt experimento cõprobat igitur Respondendũ est .Gal.3. de crisi sex modos iudicatiois cõtribuisse morbis & eos etiam in presentia rũ accomodabim⁹ apostematibus harũ sediũ,aut enim iudicatio est subito ad salutẽ,aut ad mortẽ,aut paulatine ad vtrumq; aut primo subito ad meliorem dispositionem:& deinde paulatine ad cõple mẽtũ,& sic ad peiorẽ,ita & resolutio q̃ est velox & optima terminatio , acci dit his apostematib⁹ fluxu sanguinis,aut alio iuditio,vt est videre locis cita tis,sic & internitio velox)potissime ob imẽsã flãmã,dicente Gal.5. de locis affectis.In verbo eas enim febres quas antiqui ardẽtes vocãt aduenire ma gna ex parte videmus ob iecinoris i flãmationẽ &c. A rgumentum aũt antẽ positum,persuadabet de paulatina terminatione,que posset esse in talibus apãtibus,q̃ omnia vt dariora fiant,bonũ est adducere te subite mortis causas quas habet cotũm sequẽs in principio,sm antiquã literã,quas cũ nõ videam in noua litera,suspicor ab interprete aliquo esse adiectũ,est igitur quãtitas humoris exuperans,aut qualitatis malicia,publica aut occulta,aut ipsa se- dis dignitas,& ratio istius est,q̃ mors fundatur in victoria morbi supra vir tutem,que extincta,mole humoris aut victa, malitia qualitatis sucumbet, aut leso officio dignitatis membri necessario,pro vite cõsatione.debilitas ergo virtutis absq; notabili vacuatione,ant copiã grauantẽ,aut alicui⁹ mẽ bri nobilis intemperaturam sequitur.Dixit Gal.1.proretici commento .5. ideo Hippocras in aphorismo.qui exoluuntur velociter subito pereunt quod in pratica vidi lucidius luce,principaliter in feminis.quia temperatu ram,in aliqua sede nobili confirmatam significat,ad quod propositũ , aie- bat Galenus quinto de locis affectis cap.2.ex passionibus in membris sim- plicibus venientibus non subito accidit mors,ex eis autem q̃ in compositis sic,quia composita membra,sunt nobilissime sedes a quibus emanant vires ergo nec mirum est ex his que dicta sunt vt mors possit succedere subita, ex inflãmatione i dictis sedibus.quo ad spatium autem,& distantiã a prin cipio morbi,erit temperare tempus(& si mors in pessima horarum contin gat)iuxta tenorem virturis,& bonitatem complexionis,nam vt infra virt⁹ fortior dilatat mortem,& si abreuiet salutem,item secunda primi in capitu lo .4. tractatus primi,omnis solutio continuitatis cum fuerit in membro

bone complexionis cito sanatur,quod ampliare licet ad omne genus morbi,si sanari potest,& vice versa festinat mors ob malicia m complexiois, qa quarto de sanitate tuenda.& secundo artis curatiue tractatu de testiculis, fortitudo virtutis insequitur temperamentum.dicebat ille hali. Sed iam moneor,vt nihil restet dicendum.ad cuius sedis apostema harum, festinabit plus mors,si licet etiam de ventriculo colligere,potissime in ore ipsius, ista errit festinantior ob sensum,& ad cor vicinitatem.vincet autem ceteris paribus multum,iecur ipsum lienem, qꝫ si in contrarium.adferas dixisse A uicenã.15.terti.Ex dolore in splene,moritur in die secundo.&illud de mẽte Hippocratis.iu libelo festine mortis signorum,de apostemate autem nullo in iecinore,dictum est sic rapere vitam.Respondeas,eam mortem succedere post visa signa,de quibus illic.que,quo tempore apparuerunt, non explicat Hippocras,& sic licentiam habes confferendi,partes iecinoris affectas.cauam,& gibam ad quam celeriꝰsuccedet mors.& ceteris paribus credi tur,qꝫ a giba seu curua parte,quia dignior est ea pars.& dignioribus membris cõmunicat.Et sic,ꝯpostema quod est in iecinore circa paniculos & venas.est prauioris doloris & febris vehementioris,videndum.14.terti.dicto capitulo secundo:cui non pugnat dictum ipsius prima.4.de febri. A postematum,& iterum febris eorum que sunt in membris carnosis est vehemen tior.Habet enim aliam magnitudinem,scilicet in magnitudine caloris,secus in prauitate caloris& sinthomatum.ergo apostema calidum in dictis sedibus,si ab initio,beuiter ad bonum aut ad mortem non terminatur, alias habebit indicationes de quibus in processu.quare &c.

¶ Si febris vigesimũ trascẽdit diem:& febris detinet:& tumor nõ desistit in suppurationem verti contingit.

COMMENTVM GALENI.

Omins tumor preter naturam disiecto cõmittente eum humore curatur. Ergo perspicuum est vt nisi desistat cunctantur humores ac spatio temporis prorsꝰ mutatio futura est.a ut per qualitatem interdum ad putredinem quoties vt in defuncto corpore nihil ad eorum concoctionẽ nã mollitur,interdum si vires valent in pus.Itaqꝫ merito Hippo.ait nisi desistat inflãmatio & febris.dẽtinet egrum in suppurationem vertitur. Sedata enim febre considerandum est num inflãmatio aliqua durities similis infestet. Nam sepenumero euenit ita vbi morbum cõmittentis humoris pars tenuior dif flatur.Crasior vero & sequax in amplitudine corporis affecti de pacta sit. Ceterum quam ob causam vigessimũ diem limitem statuit talium abscessuũ suppurationi libro de diebus decretoriis dicemus.

GLOSA

Docet Hippocras in presenti.quid sucedat predictis apãtibus,si in primis diebus non optime teminentur,aut subito non extermiment. Et

ait

ait. Si febris transit vigesimũ diem, ipsa, & apostemate cõseruatis, ex pectandam esse supurationem in talibus. Quod insaniem conuerti vulgo dicitur, sed sanies de humore crudo pituitoso, & non de concocto & incensso dicitur. in primo de historia animalium. Ad cuius textus dilucidationem, aliquot puncta in medium afferemus, & sit primus, que est felicior terminatio in apostematibus. De quo dicimus. ꝙ existente multiplici terminatione apostematum, vt ex Galeno in commento sũmi potest, ipsam resolutionem omniũ prestantissimã (vt secunda primi copiose scripsimus, hic autem ponimꝰ sũmã. Ne sit opus totiẽs eadem precepta resumere.) Primo quia testificatur, virtutem ipsam esse potentiorem, quanto enĩ vacuatio est occultior virtus potentior prima aphorismo. ac significatur obedientia maior, & vniformis substantia humoris, modo maiori subtilationi obedit. atq; ex fine, cum nullũ incõmodũ pariet. vti parit suppuratio, que ei posset comparari, nam talis dilaniat mẽbra. illic aũt obiecimus, resolutionem esse quodammodo suspectam, nam Galenus primo dierũ decretoriũ in principio. habet prosuspecto valde, febres humorales cessare, sine vacuatione publica aut exitura. talis est apostematum finis per resolutionem, & sic comuniter vulgus timet tale, seu ius redire, aut alii mẽbroru obesse, sed totum id falsum est. Nã resolutio non est absconsio subita, damnanda secundo huiꝰ. sed pau latina de tumefacio. quippiam volunt resolutionem accõmodam duntaxat parti affecte, toti autem, suppurationẽ vtiliorem. sed iam pus aliquod toti fuit infensum, vt in pulmone, ob quod semper exaltetur resolutio. que fit, natura aut artis adiutorio, humoribus sic attenuatis, vt insẽsibiliter per poros difflentur. vti si causonicam febrem frigido potu sũpto optime terminari videas. quarto de ratione victus per Galenum, & si vacuatio nulla sensibilis videatur. Constat autem ꝙ per solam temperaturam, febris materialis non potest cessare, potissime in humoribus qui cibus non possunt fieri. talis est materia Causonis ardentissime. quid ergo dices? nisi eum humorem natura potenti ex temperatura, difflatum esse per poros. Aliis vero terminationibus, anteponimus suppurationem, nisi ex accidẽti impediatur. Secundus pũctus est q̃liter in his apãtibus fit pus. & quomodo sub his conditionibus textus. manente tumore. & febre. Dicendum est, ꝙ & si Galenus in cõmento dicat, si vires valeant in pus, ꝙ in suppuratione, semper est quippiam deffectus nature, & si respectu putrefationis particule, vbi calor õnino vincitur ab extraneo, dici possit vires valere, si enim õnino valeret virtꝰ insensibiliter difflaret humorẽ. Ergo in culneatis humoribus in particula, ipsos concoqui a calore necessum est, & talem coctionis gradũ ipsis conferre, prout naturalis valet calor. Quod si offeras, in febribus putridis per laudabile sedimentum, ostendi supremum gradum virtutis alterantis, ita per pus laudabile, cun sit eiusdem rationis. primo de differentiis febrium. nisi

esset, quod ob humores conculcari in particula magis, quam i venis, & esse sub maiori mole illius particule, & extra locum naruralem. non valebit vnquã virtus illud alimenrum saluare, nec ad substantiam conuertere. qui gradus est õnium prestantissimus in vi alterante, cum id instatu narurali fiat. qui humor in particula cunctatus, aut ex potissimo gradu duplicis virtutis di ssabitu r, aut gradum coctionis pactieť, iuxta naturalitatem caloris. ita. vt confferre possimus, hanc resolutionem apostematum, ad eam potentiam natnre in febribus, qua saluatur humor. per laudabile vero pus, & laudabile sedimentum, vtrobiq; obidienciam materie, & aptitudinem, significari vollunt omnes. Vnde si matetiam flegmonis, non perfecte suppuratam tẽtares a membro expellere, non absq; difficultate & particule damno. in quo conueniunt, simul cum eo, quod pari modo representant gradus varios coctionis, extremos & medios, prout valet ille vterq; calor. de quo satis primo de differentiis febrium. ad propositum igitur reuertendo. si viso aliquo calido apostemare, in aliqua earum sedium, si febris prorogatur ad vigessimũ diem, signum est non obedite tesolutioni. nam ea presuponit victotiam natu re, obedientiamq; humorum, vnde ante illud tempus, verisimile est cesa sse morbum. Ergo ad alias terminationes se parat illud apostema, scilicet ad suppurationem, que rationalis videtur, attenta conditione humorum, quod calidus sit, quantitatis notabilis, & in sedibus suapte natura aut vicinitate calidis: apostemati vero in liene, forsam induratio est magis peculiaris. suppuratione, quia & si calida incipiant, festinant ad duriciem. eo quod sãguis ipsius membri est crassus. Auicena decima quinta terti. Sed tu super hoc posses obicere, non esse inconueniens, & si ad duriciem conuertantur, suppurari postmodum, ex dicto eiusdem secunda. 4. capitu. setuage. tertio in verbo non speratur fluxus sanguinis narium in apostemate piruitoso, quod incipit rranfire in lapidettatem, & prolongatur saniositas & eruptio. Dic quod dis par est de pituitoso apostemate, quod & si incipiat indurari, non absoluitur a suco, qui possit ebulire. & sic supparari. aut quod fũme indurata, non suppuratur, secus, a quibus partes flãme illico cessant. si ergo febris, & tumor dei perseu erant, signum est suppurationis, coniungit autem vtrunq;. Nam si rumor cessaret, & si febris esset, non esset sufficiens argumentum ad suppurationem, quia iam materia in membro inculneata absens est. que susceptu ra erat ebultiõem, quod si legitime offeras, impossibile est. absente tumore febrem manere, cum accidens esset illius abscessus. & per consequens sufficeret dicere, si tumor post vigessimũ mansserit, aut febris. Dic quod ex expressa sententia Auicene in prima. 4. capitu. de febribus apostematum, posse sanari apostema, & febrem remanere. exemplificat de pleuresi. in verbo. scias quod multociens. & supra si sum memor. Citaui vnicum textum Galeni. Primo de iudicatione in anxione. vt materia febris expulsa sit per vrinam, ea

aut

autem que in pectore per sputum.non ergo mirum est,tardius expulsis aut castigatis materiis venarum, febrem prorogari cessante tumore,sub qua permanentia febris,non est suppuratio expectanda,& sic, vice versa, si febris cessaret,manente tumore,vt in illo anxione ad literam contingit. Q̃d possibile est.euanescentibus illis partibus subtilibus,& calidioribus,que euaporabant,& ipsam conseruabant febrem,vnde si õnino non cessauit, saltim notabiliter est remissa,in quo casu,aut simili,per presentiam apostematis absq; febre,non est licitum argumentum pro suppuratione,quia est signum,illud apostema esse induratũ,vt Galenus in p̃senti commẽto.quod sic induratum,elongatur à suppuratione,quia enim induratum fuit, partibus subtilibus difflatis,cessauit febris.et per viã signi,quia si febris nõ est nõ sit pus,cum absq; febre non fiat,ex sententia veteris in secunda aphorismo: in textu circa generationem puris febris. Vnde litera antiqua. Si dolor mansserit & febris.alludit dicto aphorismo. per ambo signa puris dum gignitur, Verum est,q̃ si cum tumore,febris perseuerat,non erit absq; dolore Ergo si apostemata in dictis sedibus,prolongantur sub illis conditionibus consentaneum est ad suppurationem verti.Nam de induratione,nos securos facit,febris que manet,a putrefacione autem seu corruptione membri, temporis tractus,quia verisimilius est suffocari calidum in principio sub mole humoris,quam in processu, a resolutione autem,q̃ tanto tempore febris manssit & apostema,si enim obtẽperasset resolutioni,prius ab vtroq; essent vindicata membra. Vltimus punctus & principalis.quo capite,dixit autor,& statuit limitem huius suppurationis.ad diem vigessimum,que vt euidentia sint,introducamus per ordinem tres instantias quas adducit Thadeus,a quibus omnibus pace sua male exit, Est igitur prima .qua ratione pro solutione dubii remitat nos Galenus ad primũ librum dierum decretorium. Et respondet,non inuenire aliam causam,nisi q̃ ibi non longe a principio, colligitur causa. Quare vigessima dies est magis cretica quam: 21. Sed in veritate.id nihil est,nam concesso presuposito, non plus probat nisi hanc supurationem,si suppuratio crisis dici potest,aparere plus in vigessimo die quam in.21. Hippocras autem in presenti non intendit id, sed q̃ sic manentibus apostemate & febre post vigessimũ diem a principio morbi,expectemus illud apostema conuerti ad suppurationẽ.vnde & si,de facto.vt inferius tangetur,in illis sedibus & aliis suppuratio posset in paucioribus diebus comparere,& tanto citius prout locus calidior esset,rotum inferius videndum. Hoc tamen tenendum est, q̃ morbo prorogacto ad illud spatium.Iã non resolutio sicut in priori tempore expectabitur. Sed necessario loco eius,suppuratio.hui⁹ igĩ cã,p̃stat turi sum⁹,vnde text⁹ nõ sentit,iam in.20.die pus eẽ factũ,cũ dicat febris trãcẽdat eũ terminũ & mãsit tumor & febris,scilicet deinde.tunc suspicio est in suppuracionem verti,

&si iam ab aliquibus diebus disponi inciperet ad eum exitum. Quod igitur colligitur primo dierū decreiorium.olim.capit.decimo tertio.hoc est.loqu tus ibi de febribus & morbis acutis,vbi febres pendentes a putridis humoribus,ac apostematibus,diuisit in veras acutas,que non tracendunt.14. dies & tropicasque ad quadragessimū diem prorogantur,in quarum medio,di xit esse acutas quasdam,dictas tales cum mollicie. Ex quo loco ,sumitur esse quandam inflāmationem,que terminabitur ad quatuordecimū diem. & eorum nullum,sic calidum,prorogabitur ad diem quadragessimū. inter: quos terminos terminabuntur apostemata,que cum mollicie quadam acu ta dicuntur.ad instar febrium,que ob crasitiem humoris,aut aliquem virtutis deffectum,non terminantur in.14.Expectatur ipsarum iudicatio ad vigessimū,aut post.sic apostemata que accedunt ad diem vigessimū quo, ob aliquod obstaculum est,quod prohibuit resolutionem & iudicationem prioribus temporibus. Ergo terminus apostematum que non resoluuntur est vigessimus dies,& alius post quod Thadeus sapuit, sed nolluit videre textum Galeni,quo id fundabatur,& herens ramis,deseruit radicē. Prima autem instantia mocta per ipsum,& iam quasi soluta, ꝙ prefacta apostema ta cū sint morbi acuti,quare ad quaruordecimū non terminātur iuxta sententiam veteris.in aphotismo.acute egritndines&c soluit,quia suppuratio est coctio & non vacuatio,ideo potest omni tempore apparere. Quod mi nus valet,nam si suppurationem,vocas iudicationem,aliquem tərminū sibi magis vendicat,& quem,da causam.nec coctio illa. posset esse causa ꝙ cesset ille morbus,quia apostema suppuratum,inter morbos mortales reputatur,in questione,qua queritur. quo tempore morbus maior sit.saltim ex monacho.Et constat,ꝙ infestus morbus non cessat alteratione. alibi vi dendum.igitur ruptura,vt inferius videbitur erit iudicatio eorum aposte matum.Solutio ergo vera est,ꝙ apostemata suppurata,non sunt simpliciter acuti morbi,sed cum additione,scilicet cum mollitie,quia aliquem ostē dunt defectum nature,aut in humore obstaculum,vnde non ad primū ter minum,sed ad secundum principalem differtur tale apostema. Quod , ma gis tertio huius de apostemate in auribus enucleabitur. Tertia instantia est ꝙ in pleureticis verbi causa ex sententia Aui.capitulo ꝓpio.si non sit sputum laudabile velox & non mundificatur in.14.diebus,permutatur ad collectionem hoc est ad suppurationem. Si ergo id tale,post quatuordecimū, diem statim suppuratur:qualiter ista expectant vigessimū diem. Respon det ea loca superiora esse calidiora,in quibus accelerat pus,quod& si tolera bile sit,iam forsam e par de complexione organici,esset regio calidior ipsa pleura dextra.Item non bene concepit Aui.mentem.nam non sentit statim conuerti ad pus,sed ꝙ facta aliquali expurgatione,cum defectu tamen in alterante & expultrice,modo nec sit laudabile, nec velox sputum,timor est

ꝙ in ea parte crassiori que mansit succedat. Suppuratio, & dinus. & gentilis sic intelligũt illũ passum. virtus ergo que resoluti onem sensibilem, aut insensibilem, ad quatuordecimũ diem vsq;, non est operata, deficiens deinde magis, dolore & flãma, verisimile est, supurationem succedere. De quo multa videbimus ad finem libri primi vsq;. quare &c.

Accidit his in primã circuitione sanguinis e naribus fluor atq; admodum iuuat. Sed requirẽdũ est num doleat caputtan hebetudines subeãt oculorum. Si quid enim borum fuerit eo tendet.

GOMMENTVM GALENI.

Quis inflãmationes in iliis indefinitius cõmemorauit per hãc quoq; dictionem diffinire ipse vester. sanguinis enim fluorem fieri dicit e naribus qui ex vsu admodum sit id quod per inflãmationes in iecore & liene fieri potissimũ solet, de quibus aliubi fluere sanguinem recto itinere cõmendauit, econtrario vero culpauit docens ipse quidnã econtrario intelligat. verbi gratia. liene grandiore fluere sanguinem e nare dextro. Sanguinis fluorem in prima circuitione fieri dixit decretorium scilicet dierum, ac legitur dictio bifariam, singulariter & pluraliter. Siugulariter quidem in prima circuitione. Pluraliter vero in primis circuitionibus. Si igitur legatur singulariter septenariam indicat circuitionem. Si plnraliter conuenit quoq; septenariam indicat circuitionem. In quibusdam enim sãgnis secundo septenario effluit. Sed potius intelligi oportet in tali dictione quartanarias circuitiones. Nam in plerisq; funditur sanguis primis septem diebus, paucis nono & vndecimo, quartodecimo. Ceterum tendentibus sursum versus humoribus sanguinis fluorem fieri docuit adiiciens signa capitis dolorem & item hebetudines oculorum. Sed deinceps de eo latius docebit quo loco nos quoq; sermonẽ oẽm de sanguinis fluore integre absoluemus,

GLOSA

Apostemata dictis sedibus euenientia, si non differunt terminum suũ vt suppurari suspicemur, ante vero, aut exterminant ea habẽtes, aut ab ipsis vindicantur corpora, per aliquam iudicationem vtilem, quam fluxu sanguinis e naribus cõmendat Hippocras. potissime sub conditionibus explicandis. id autem prima circuitione solet accidere, & ante quam sit, pte cognosci. capitis grauedine, & oculorum caligine. Ita vt breuiter sentire possimus, earum terminationum, quas apostemata solent habere, hanc esse poti-

Potissimã.scilicet resolutionem,quę & si per vacuationem sensibilẽ fiat,nihilominus resolutio dici potest. Videndum in simili in pleuresi per Auicenam.propio tracta. Primum quood se offert dubitandum ad maiorem lucem.qualiter hanc iudicationem sic cõmendat.cum in pleuresi,cuȝ regionem sub diafragmate consequitur, cõmendet solutionem per farmacum. secundo de victus ratione textu.porto.Constat autem,hec apostemata pre sentis propositi inferiora esse. Et cum talia ducere ex corpore sit licitum, qualia sponte sunt venientia:quarta aphorismo.(Ex sequela enim artis)ad naturam.tantã eni naturalitatem habet aliqua vacuatio,quantum cõmẽda tur a natura.aut illa non est licita purgatio in pleuresi,aut hic, alia similis esset potius.intentanda a natura. Item Hippocras in quarta aphorismo ad id alludit in textu dolores.sub diafrag.medicari per inferius. Item cum apostemata his sedibus,per sudorem,per vrinã,per ventrem & sanguinis fluxum possint vtiliter terminari. Vt.14.terti.& libello de vene sectiõe tertio de crisi.& aliis locis potest videri. Vnde hanc iudicationem per sanguinem,tantum cõmendat.Item cũ sanguis e pluribus partibus vtiliter e corpore possit fluere,& forsã e naribus suspectus,ex superficie apho.sanguis vndecunq; sursum exierit malũ.Quare per aliam regionem fluere non sic cõmendat,potissime cum lien habens apostema sic graui sanguine & craso afficiatur,vt nullam ad superiora inclinationem habeat, potiusq; per ma riscas,aut per vterum in feminis emanere soleat.item explicaturus erat quã nare vtilius fluat.&c. Ad primum igitur respondendo dicamus, ꝙ licet membra omnia supocundrialia sint ea que circa septum transuersum consistunt,vt Galenus primo proretici super textu hipocondria abscõsa. In presenti de apostemate liene aut iecinore situato principaliter intelligitur. Hippocras. Nam in aliis partibus consistentia non habent tantam ad nares directionem. Natura autem est addita multum his directionibus,vn de in prima aphorismorum.vndecunq; natura repit inde per conuenientes regionem.Quasi clarius dicat,eam esse directam & conuenientem regionem,ad quam natura inclinat. Quod non est triuiale fundamentum.Galeni ilucidatoribus,pro facienda semper flobotbomia in pleuresi ex latere affecto.De quo alias. Ergo si apostemata his sedibus consistant, principa liter in gibo,tunc maiorem ad nares habent consensum. Et sic Auicena. in quatuordecima terti in apostemate gibi hepatis,sanguinis fluxum approbauit pro accomodatissima iudicatione. Illi autem duo textus Hippocras.citati,sano modo sunt intelligendi. Ille enim in quarta aphorismo rum. de dolore sub diafrag. & supra. Ad extirpationem per medicamẽta debet accõmodari. Qd medicus non insequetur in opere reuulsiois. Secus i deriuatiõe,videndũ.3.de morbis curãdis,in alio ꝓposito.In alio vero.i secundo de victus ratione.inter species pleuresis,in aliqua,aut quia natura

indi-

inclinat ad partes inferiores, aut quia humoribus crasis, puta attro sit sanguis satis comixtus, cum heleboro vtatur, non inconuenit per ventrem me dicari. Non inde arguendum, non posse consistere etiam loco infimiori aliquod apostema sic sanguineum, vt potius ipsum iudicet natura sanguinis fluore quam alio modo. Quod si queras dein. Qualis sit materia, que sic per nares fluit. Dic q causa antecedens, vnde natura exonerata redditur potentior supra residuum. & est causa alleuiandi aut extirpandi febrē que in venis radicabatur, non reputato pro impossibili, ex continuitate venarum, bonam partem humoris continui particule affecte effluere, alioquī non tantum comendaretur directio vt statim. nec mutari sanguinem ex rubeo ad atrum colorem: sicut comendat Hippocras. in primo de ratione victus. Non negamus hāc crisim posse vtiliter accōmodari aliis sedibus, si cō sistant abscessus sub iliis. quod expresse Galenus. tertio de crisi non longe a principio, in verbo, hepate paciente vel locis secundum hipocondriū po sitis. & cum lien & pars eius aliqua laborat, & ideo Galenus in commento. non excludit hoc, licet potissimū fieri solet in inflamatione iecinoris & lienis. Et quia autoritas Galeni tertio de crisi. est post verba quibus non solum hanc crisim comendauit, sed sub recto aspectu, ideo ad vltimum obiectum respondendo dicamus. q & si Hippocras non expli cuerit in litera, qua nare vtilius fluat sanguis, intelligendus est secundum directum, sic Galenus in commento presenti. sic in tertio de crisi loco citato. sic tertio de morbis vulga. in cōmento (paride; abdere) quam directionē mirando secundū artem in affectibus splenis, sūme comendauit Galenus floth. Et ex latere sinistro in basilica brachi, in libello de sectione vene, ex qua autoritate colligimus duo, & sanguinis fluxum esse acōmodatissimā vacuationem huic affectui & per directum flucntē, aut euacuatum. In verbo. non enī scio vnde neglectum est medicis flobothomare spleneticos. Ego enī maximū iuuamentū inueni in flobotho. mauus sinistre. A d quod fundamentum respiciētes, in fluxu sanguinis e nare dextra, sitiā imponimus hipocondrio dextro ex Galeno de morbis cnrādis. s. aut ambobus, si e ambabus naribus fluat. quanto enim medicus se obliget assimilari actionibus nature, & etiam eis que post opus natute sequntur, singulariter Galenus quarto de morbis curandis. de flobotho. que necessaria est omni vulneri, quod sanguinem non mittit. Vnde ex verbis eiusdem Galeni eo loco autoritate Hipocratis que. habent. necessum est in omni vulnere recenti excepto vulnere ventris multum aut pa rum sanguinis fluere. Quasi dicat, q e vulnere ventris propter locum esse exangem, non esse expectandum sanguinis fluxum. sexto. de morbis curandis colligo, ergo ex eo loco q apostema existens in ventre. versus partem superficialem, longinquum esse a crisi. per fluxum sanguinis, & sic ab eo qui e naribus fluit. Quam directionem si natura sinistre operetur,

tentanse sinistra nare in apostemate iecinoris, aut vice versa, sat pessimum inditium. Quia debilitata virtute non alleuiatur passio videndum libello de vene sectiõe habes. ergo aqua, nare fluxu fit sanguis, vt vtilis sit iudicatio. Est necessum deinde respondere ad aliud obiectum, quod fiet, declarando quantam conuenientiam habeat iudicatio per sanguinem e naribus in dictis apostematibus. quod singulariter Galenus dicto tertio libro de crisi, & p conditiones omnes optime crisis id certeficabimus, nã est conueniens speciei morbi, loco allegato. & secunda. 4. capitu. tertio in verbo & quandoq; species egritudinis partem crisis eius ostendit, sicut apostema hepatis cum est in latere giboso, q crisis est per fluxum sanguinis e nare dextra. Item quia predicta apostemata sic iudicata in primis circuitibus, sunt morbi acuti, quibus predictus fluxus est maxime configuratus. dicẽte Auicena eo loco citato & fluxus sanguinis narium quandoq; consũmit materiã egritudinum perniciosarum & fit sanitas statim. Secunda conditio est q sit in die cretico vt Galenus tertio de crisi loco dicto, & hoc habemus cõmendatum ex textu presenti, cum dixit in prima circuitione, per quã quid intelligatur, statim dicam, sufficit esse diem decretorium insignẽ aliquem Ostenditur etiam vtilitas huius vacuationis, quia actione nature prouenit quod ex natura diei (quo talis vacuatio fit.) Ostenditur. dicente Galeno primo de crisi versus finem (hoc autem) a calore naturali non a febrili prouenire, dieru; natura non minime indicat, dies enim vndecimus. &c. Hic autem fluxus in die insigni cretica superuenit, ex verbo textus. & sic textus ille Hippo. si sanguis sursum &c, cõmuniter excipitur, nisi exeat per nares. nam sic non reputatur malus. Quod si offeras, non esse pacificam ad hunc hanc sententiam, cum versus finem libri primi de differentiis sinthomatum habeatur excrementa quedã esse a toto genere preter naturam, vt sanguis e naribus exiens. dic q sententia Galeni est ibi satis obscura. & in summa quod vult est, esse gradus plures in preter naturalitate sinthomatu;, vn de aliquod est sinthoma, quod est lesio alicuius virtutis. aliqd, qd non est quid preter naturam, dicitur autem preter naturam, quia in corpore sanno non debet reperiri. & sic omnẽ eruptionẽ sanguinis depto. mestruo. esse preter naturam, affirmamus, quia si per vterum esset preter naturam, & cõceptio, non esset opus naturale, & sic ea superfluitas expellitur suo tempore, osculis venarum apertis, vel vesice õnino, aut infestiui ad excrementa consueta. per omnẽ aliam regionem non exit sanguis, absq; aliqua scisura preter naturali venarum sicut in flobothomia a barbitonsore. & hoc modo, quid preter naturam dici quodãmodo potest, ipsius autem sanguinis preflu uium, aut cuiuscunq; alterius superfluitatis. & si quantitate excedat mõdum nature. Si fit natura regulante, & sui potentia in tempore congruo, non dicetur tale, simptoma. Quia non est noxa facultatis alicuius

cuius immo fulgentissimus actus eius. dicetur autem sanguinis fluxus, vtroque modo contra naturam, dum sinthomatice & natura prorritata expellitur, non nociuus nec iuuans corpus & a passione liberans aut alleuians. igitur iudicatio nostri textus, die insigni cretice contingens, euacuatio est naturalis suo mō, & infirmum liberans. quod in verbo textus (vtiliter) insinuatur. & sic intelligenda sunt verba Galeni. satis obscura citato loco. Ob quod, omnia claro liquet, responsum esse ad aliud dubium: quod & si iudicationes aliae possint esse vtiles his apostematibus, ipsis, presertim, in gibbo harum sedium, sanguinis e naribus fluxus, prestātior est. & vtilior. & sic vltimo, non inconuenit, lienis apostema ex sanguie esse craso, nā ex eo aut induritiē transiet, aut copia arteriarum existentium in eo, non est difficile attenuari sanguinem, sic quod saliat ad caput, de inde fluat e naribus. presertim calore febrili non parum iuuante eam subtilationem. Restat vltimo declarare. qui dies sit ille, quo talis vtilis iudicatio contingit, nam ex verbis auctoris non liquido claret, nam per primam circuitionem in singulari, intelligit Galenus in commento diem septimū primum ab initio morbi, & in plurali. iterū, potest intelligi de secunda. 7. die, nam ibi figitur secunda circuitio. aut clarius intelligit, circuitus quaternorum qui sui duplicatiōe, & multiplicatiōne, possunt concipere omnem diem decretorium, quo vtiliter iudicatio potest aduenire. Ego autem non multum hereo huic intellectui, quia ternariorū, nam conditiones laudabiles diei decretorii sunt, frequentius in eo crisis contingat, & quod vtilis sit, secundum quas, primum circulum quaternariorū abiciemus. Nam ex Auicena secunda. 4. capitu. 73. parum fit crisis in quarto. idem Galen. tertio de crisi. ita quod in quarto. Archigenes. bis in vita sua vidit duntaxat crisim. qualiter ergo fluxum sanguis sepe nariū? nec valet solutio aliquorum, quod id Archigenis. Intelligitur, in morbis qui per impares mouentur dies, nam est omnino alienum a mente Galeni. Nā ipse. In dando causam ad dictum Archigenis, inquit, eo quod febris assidua sanguinis, quam vere conclusam apellamus, raro contingit. sed ea febris, que per tertium affligit frequentissime, ergo raritas in tali iudicatione quarte diei non est nisi deffectu febris cōtinue a sanguine, que per pares moueatur, crisis autem habet semper fieri in hora maioris motus ibi videndum & toto. 3. de morbis vulgaribus, ergo intellectus litere, ad circuitus quartanarios, nō est aceptandus. nec assentio plurali circuitioni, sic quod in quatuordecimo die intelligatur. quod fluxus sanguinis narium, frequentissime fit in imparibus, ex Auicena loco citato. quatuordecima dies vero, est circuitio par. ergo prima. 7. est prima circuitio, qua solet vtiliter hic morbus iudicari: tali fluxu sanguinis. non est enim sic peracutus, quod prima quarta die iudicetur, nec ita lentus, humor expellendꝰ fluxu sanguis p nares, quod differat ad. 14. nisi raro. ergo in. 7. pria frequētiꝰ fit, ē. n. ipar dies, & felicissia ad crisim. 1. decretoriū dierū

estque

Dolorē qui in iliis affligat: aut tuberculū si recēs fuerit: nec cum inflāmatione: soluit murmur incidēs circa ilia. Sȝ po tissimū vbi cum stercore ꝛ vrina excernatur: si vero nō trā sierit: iuuat si ad inferas sedes deuoluatur. GAL.

TVBERCVLVM in iliis appellauit quem antea noiauit tumorē. Ta lis ē ois moles ꝑter nāȝ sine inflāmatiōe flatuosa, sed potissimū vbi recētior fuerit. At vero solui dolorē ait, si murmur accesserit circa ilia. Tal ei sonit⁹ nō solū spūs iditiū ē, sȝ hūore pmisti e corpore solidiore. Quotiēs igiē aur g meet deorsū spūs ille flatuos⁹ flat⁹ effect⁹, aut. ueq̄q̄ pmeās subdescēdat de orsū ad aliq̄ iferiorē sedē ilia vidicāt vtroq̄ accidēte, tū doloris cruciatu, tū ēt tūore sed potissimū si cū humore & stercore vacuetur. Talis enim vacua tio nullum preterea relinquit in iliis excrementum. GLOSA

Viso i textu p̄cedēti. de iuditio flat⁹ excussi: aut detēti, i p̄sēti determiat, q̄ sc pōt p̄dict⁹ flat⁹, tū detēt⁹, tū expll⁹, aliq̄ passionē iudicare. potissie si excu ss⁹ flat⁹, secū ducat flat⁹ fūdamētū, aut ipi⁹ passiois radicē. puta hūorē ali quē, q se cū flatu p̄cipitet, aut via publica imediata ip̄us vētris, aut ꝓxima puta vesice. Primū ergo q̄d faciem⁹, i expōne isti⁹ text⁹ vltimi, i materia de iectionum, erit conferre hanc sniam. cum altera ipsi⁹ autoris. in. 4. aphō. in textu. 73. hēt se i hunc modū. quib⁹ ilia suspēsa & murmurātia, lūborū dolo re supueniēte, his alui humetāt, nisi flat⁹ erūpāt, aut vrie mltitudo pueniat

hec

hec vero in febribus. Primo ergo dubitatur,quare in presenti non adiecit Hec in febribus fiunt. Solutio potest esse,ꝙ cum farrago libri huius addi cta sit morbis acutis,tales intelliguntur febriles esse. Secundo dubitatur q̃ liter si talia in febribus fiunt,erit ille affectus absq; inflãmatione, vt in pre senti textu asserit.dic,vt patet ex Gal.eo cotõ,iuxta morẽ antiquorũ,idem est dicere fieri in febribus.i.in febre absoluta ab apãte calido nam apã cali dum & si vi,febrẽ habeat,aut pleuretis,aut aliud nomẽ subit,pospolita de nominatione febris. Ergo est febris in hoc affectu,seorsum ab inflãmatiõe nõ inquã a calore,sed expers apãtis calidi,id.n.sonat inflãmatio.quẽres.vl terius quare ĩ eo textu.4.apho.non fit mentio,ꝙ ille affectus sit absq; inflã matione,in presenti vero.sic.ac loco illius verbi,sit aliud(lumborũ dolore) Primo vt dictum est per verbũ in febribus,intelligitur.2.hoc verbum,lum borum dolore,equiualet verbo nostri textus(si recensfuerit)nam ex Gal.in eo cotõ,ilia sunt suspensa,quoties maiorem tumorẽ nĩ habent, vnde infi nitione apãtis,cum de tumore fit mentio,apud omnes glosatur,vltra tumo rẽ naturalẽ earũ partiũ. Est ergo dicere ilia suspensa.i. cũ apãte.q̃d l; ex mĩ tiplici causa oriri possit,ad sniam textus conducẽdo,hoc vnũ reqrit, ꝙ illa congregatio recens sit,vt textus nr̃ .erit autẽ indicium sue nouitatis,si pmu tetur:& deserat locum,nam antiqua fixaq; durities,vix deserit locum, vsq; ad perfectã extirpationẽ,sed ea mobilitas,& vaguus status,quo indicat, re center eẽ congestũ ,exprimit satis per lumborũ dolorẽ.qui de nouo succe dit,materiã tumoris descẽdẽte,igit verbum dolore,equiualet recens. Sed vt signum. Estq; etiã intelligẽdũ,verbũ murmurãtia.4.apho.equalere ver bo dolore,qui ĩ iliis affligat presentis textus.ita ꝙ affectus qui excusiõe fla tus,iudicari potest,est iliorũ,& duplex,alter est dolor,alter est tuberculum recens,& verbum recens.etiã ad dolorẽ refferri potest: nã dolor in presenti, aut murmur,est a vẽtositate:qui dolores a ventositate,raro fiunt diutini & fixi ob materie euanescentiã:nisi continua reaggregatione permaneret. q̃d etiã calidis passionibus dolorosis,sic fixi non negatur. Videdũ prima terti cap.de emicranea.hoc igit viso:ꝙ passio ista & si gemina sit,recẽs est.colli git statim ex snia textus,principaliter pendere,aut a spũ flatuoso non inq̃ fixo,vti in timpanite. Quod verbũ murmurãtia suadet. Ex Gal.eo loco .ẽ n.ille dolor vagus,vti rugitui mixtus.aut si tuberculũ sit,nõ absq; bona par te spũs flatuosi. Quo sic attẽto.tunc insurgit occasio dubitandi, qualiter in preséti textu,dicatur.ꝙ murmur incidens circa ilia,soluit eã passionẽ, for sam murmur soluit murmurãtẽ affectũ: ad instar illius.ꝙ maior dolor de nigret alterũ. Sic igit:tota snia amborũ canonũ q̃ eadẽ est,assumet sub ali quibus dictis. Primũ est.in his affectibus fit mẽtio de duplici iudicatione. Altera manifestẽ vacuationis,altera permutationis,ad instar iudicationũ, aliarũ egritudinũ.ea autem per vacuatiem,in verbo cum stercore & vrina

excer

excernatur,permutationis vero verbo,ad inferas sedes deuoluatur. Secundum dictū est iudicatio per vacuationē,ad soluendum hūc affectū,magis cōmēdatur in textu,vt mile locis est videre. In verbo text⁹, sed potissimū. Tertiū dictū.hec vacuatio potest soluere alterā illarū passionū, & si solius flatus sit,patet,quia est cōfigurata passioni,q̄ a sola ventositate poterat pēdere. Et talis terminatio est discreta,in textu in.4.apho.in verbo nisi flatus erūpant. Quasi dicat aluus nō humetatur,quādo radix passionis vērosiras erat,sed per solā eruptionē flatus,absoluitur.quod in presenti textu intelligitur, in verbo murmur soluit,hoc est flatus erūpens.qui cū strepitu murmure & sonitu exit.aliud dictū.Iudicatio per vacuationē vētris notabilis & humorosa,passioni q̄ est tuberculū recēs,magis accomodatur,quia talis est ab humore,& si flatū habeat:ergo publica depōne humoris,habet absolui.aliud dictū,sola permutatione,potest curari illa passio potissime dolorosa,hoc est ad inferiores sedes.quia eū intestina & partes supiores strictiora sūt.& viuacioris sensus inde & propinquiora mēbris nobilibus, magis affligitur paciens,tali dolore superiori. Si igitur ad inferiora deponatur, q: sedes sint laciores,minus nobiles,& propinquiores viis expulsionum,vt aliquid deponatur, consentaneū est alleuiari passionē.quasi illud verbū.si. presentis textus,causaliter intelligat. Si ergo flatus nō trāsierit, hoc est publice deponat.saltē alleuiat.si.i.quia ad inferiores sedes deponit.qd Gal. expsse.6.epidimiarū cotario.2.sup textu in pirintho incipit ex precordiis, huiusmodi aūt motus materiei,e loco superiori, aut q̄ publice deponatur inferius,aut q̄ ad inferiores sedes pmutetur,est expressum in verbo text⁹ 4.A pho.lumborū dolore.quia siue vrinā cieri habeat,aut feces deponi,solet circa lumbos fieri dolor,ex trāsitu materie circa illas partes.& si quiescit dolor,bene.quin in hidropisicā perficitur, iusta Hip. in Apho. Sed que via esset,cōmutādi hunc flatū,vna cum humore,ad vrine canales,cū extra venas talis sit.Gal.in.6.Aph.cōtō illius.quibus inter phrones & renes.incipit merinus. dat modū.nā in corpore viuo,latiores sūt vie,quā in mortuo & p poros & rimulas trāsitus.Hic posses dilatare sentētiā, qualiter nusquā humor mouetur ad secessum,qui bona pars trāseat ad vrinā. ex quo in die farmaci aut sequenti, vrine sunt colaciotes,& infirmi sentiunt punturā in vrinando.& ille mōtignana in morbis vesice aserit,nullū medicamentū vi disse soluens per ventrē.quin simul ciat vrinā.qd nō esset exiguū fūdamētum.ad sñiam Auerr.7.coliget q̄ tutior sit flobothonia in pregnante,ceteris paribus,quam medicamentū solitiuū,quia prouacans ventrē puocat vrinam,& tale mestrū,& inde aborsum.dilata ergo mentē tuā.Ergo flatus erupens,aut ad inferiora traslatus,aut publica vacuacio per ventrē,aut vrinam.recentes dolores,& apāta, circa ilia absoluere possunt,quare.&c.

DE VRINA. Caput.vi.

VRina optima est:si candidũ sedimentũ,fuerit leneq́ꝫ ⁊ eq̃le per omne tẽpus dum morbus iudicetur. Securitatẽ enim ac morbum fore breuẽ significat. Si vero intermittit: atq́ꝫ interdum puram emittit vrinam:interdum subsidet candidum ac lene:morbus diuturnior ac minus securus est.

COMMENTVM GALENI.

QVEM admodum paulo supradiximus & ingrediendi functionibus agnosci vim vnã quo pacto,aut supsit,at desit quã superioris originis haberi docui,quã alio loco in cerebro domiciliũ ac sedem habere indicauit ita nũc alterius facultatis naturalis Hip.inditia parti exposuit,partim hoc sermone exponit,hec vero facultas de qua dico fieri sermonẽ,alterãs & cõcoquẽs appellat̃.Igitur facultatis in vẽtre inditia agnoscunt̃ ex his q̃ quotidie deiiciunt̃. Facultatis vero in iecore ac venis ex vrina,in his enim inditia clara sunt partim exquisitioris,partim partioris,parti irrite in plenunt cõcoctionis quẽadmodũ in ventris inditiis,& adhoc vt ibi exteriora q̃dã iuditia simul alia ratio dispositionũ pari modo hic excernant̃. Exorditur ergo tractatum Hippo.ab inditiis cõcoctionis deinde cũ eis cetera copulabit.Sed nos in primis dicamus ea q̃ ipsi pricipio docuit in presenti dictiõe sedimentum vrine considerari precipiens.Si candidũ leue & equale semp nec interdũ tale,quandoq́ꝫ diuersum existat. Id enim sepissime euenit vt aliquis emittẽs vrinã secunda die inculpabilẽ,alterã sequenti nocte culpabilem emittat,deinde rursus inculpabilẽ tercia die,prima luce, postea vespera culpabilẽ.In tali enim vrina alius cõcoctus deuitusq́ꝫ a natura conditus in cõceptaculis humor,alius incoctus apparet.Si vero incoct⁹ humor nequaq̃ interponitur cõcocto,talis vrina optima est.Si igit̃ vrina habeat sedimentum id candidũ equale ac lene sit quo dissoluit̃ morbo necesse est. Si vero non habet prorsus aliquã nubeculã candidã obtinebit.Necessario vero colore erit modice crocea,& conditione media inter tenuũ & aquosã ac corpulentã,qualis iumẽtorũ habetur.Ceterũ vrina nullo pacto sedimẽtũ habet si tenuiter,copiosum vero si largius,exiguũ vero si modice viuit̃. Quinetiam in morbis biliosis ad colorẽ croceũ,in iis vero quos crudi cõmittunt humores,ad candidũ tendit.Porro sedimentũ habet copiosũ,quotiẽs morbus ex humorib⁹ crudis fatiget,nullo vero modo,aut omnino minimũ,quotiẽs ex biliosis fatiget.Sꝫ satis erit si habeat sublimamentũ in q̃d corpulentius candidiusq́ꝫ in vrina neq́ꝫ in summis eius,neq́ꝫ in fundo vasis sed in media sede sublimere vel exquisite medium, vel deorsum potius q̃ sursum existat. Id igitur solitus sum nominare sublimamentum. Sed ab Hipp.id quoq́ꝫ nubecula nominatur eandem obtinens proportionẽ circa vrinã,q̃ vere nubecule ad aerẽ preferũtur,etenim he humore q circiter est corpulẽtiores & itẽ ille aere sunt.Itaq́ꝫ sepenumero vt dixi supnatat ĩ vrina

de sup

desuper quã ego nubeculam ꝓprie soleo nominare. Sed hec tibi sint in primis cognita, atq; in animo posita, mox animaduerte ea q̃ Hip. scripsit. Vrina. n. assidue faciens sedimentũ quale dixit, securitatem significat, i. morbũ esse sine periculo, atq; integre exsoluẽdum, ita vt non sit preterea repetiturus, & itẽ celeriorẽ fore solutionem, ita vt si prima die, aut ꝓxima nocte apparens pseueret simile, die secunda, aut nocte prime circuitiõis decretoriũ dierũ, nõ vltra procedet egrotatio. Porro hec dixit, s. de morbis febriculosis Quicũq; ei sine febre affligunt, aut in cerebro, aut mẽbranul', aut in thorace, ac pulmone, ex aliis inditiis agnoscunt: siue mitiores breuiores q; sint: siue periculosi diutiniq;. Ceterũ quã ob rem vrine sedimentũ cãdidũ esse cõueniat, dũ ageretur de pare in calce primi voluminis explanata iã est. GLO.

Ex introductione quam Gal. prebet huic tractatui de vrinis, clara est opinio illorum, qui in aparatu nostre glose ad hos libros, suadebant penes inditia facultatum, distribui hos tres libros. Dixit nãq; Gal. in presenti, q; visis inditiis que sumebantur a facultate, q̃ cerebro residet, ad ea presagia trãsit, q̃ ex n̄ri facultate pendent. q̃ quidem facultas cũ multiplicẽ habeat operam, de precipua, q̃ ex radix oim bonorũ i morbis n̄ribus, s. coctione, hoc est alteratione ꝓtractat, q̃ opera sũ pluribus vasis cõpleat, q̃ ad primũ vas, adiacentiaq; pertinebãt; tractatu precedenti explorata sunt. Nũc vero ad vrinã se trãsfert, q̃ est causus seu effectus, & inde inditiũ ipsi9 facltatis n̄ris cõcoquẽtis alio vase. i. in iecore, suisq; adiacentibus. Et suar eundẽ ordinẽ, sicut i reliqs signis, vt preponat nobis vrinarũ optimã, vt distantia ab ipsa, alie facile vituparí possint, aut laudari quodãmõ. Talis est itroducta ab ipso & si vrina p̄lima cõcineat, p quẽ cõmendari poterat, id solũ adduxit, qđ firmioris ẽ iuditii, puta cõtẽrũ, hoc ẽ ipsũ sedimẽtũ. Vulgo hipostasi, iuxta id egidii, i versib9 suis. Sepe artificẽ deludit forma coloris, defraudat p̄limã fidẽ cẽsura liquoris, ẽ i cõtẽtis, rara lex discrectõ certa. vnde sedimẽtũ si tale ẽ, q̃le nobis ꝓponit, raro erit, i aliis degeñare ipsã vrinã, sed nõ vice versa, s; de hoc infra ãplius. Sed ante quã ꝓcedam9 ad apperiẽdas cõclusiões duas textus, cũ causis, licet refferre traductiones, q; in hac noua, nõ fit mentio de loco ipsius contenti, vt sit in fundo vasis penes optimũ statum, in priori vero sic, in verbo subsidente, nisi esset, q; cum sedimentum proffertur, id intelligitur, non enim fecit mentionem de nebula, nec de sublimamento, q̃ aliã regionem colunt. aut q; si in vltima parte textus, dimiutam hipostasim ex ea parte laudat, q; interdum subsideat, ergo q̃ prestantior est, subsidere habet. De cuius causa pulchre statim. Aliud est, q; in hac noua traductione; in aliquibus codicibus legitur leue, loco lene. & si facile posset dici, esse corruptã literam, qua fit ex. n. u. Habeo tamen ratiõem dubitandi, quia si equale dixit, lene iam intelligitur sub verbo equale. nam Gal. in laudabili aut pessimo statu, explicans verbum lene, in textu illo de deiectionibus. qui incipit

si exigua glutinosa pet verbum equale ipsum exprimit,non ergo lene, sed leue oportet legere,alias,sinominis vtitur,quod veris scientiis incősonat,ex Auerot.in libris de celo. Quod etiam magis dubitare me facit, q in hoc ꝓ posito.secunda primi apud Aui.cān in codice antiquo,quam in castigato legitur per verbum leue,in cap.de significationibus specierum hipostasis,per illud verbum:quod incipit.Bona autem hipostasis de qua loquimur, puri assimilatur,& flegmati crudo.& ab vtrisq; differt subtilitate,& leuitate.Ergo bona hipostasis leuis debet esse,& verbum leue.melius scribitur, quā lene,sed si id demus,qualiter potest verbum leue,consentire ipsi⁹ sedimēti nē nam petere fundum vasis,& esse leue,pugnat. Videndum primo de celo. nā concocta exate,grauiora sunt.visum supra,& ideo semen,& lac,exacte,cocta,aqiie fundum,qua probatur,petunt. Sed aliquis modus est,in sedimento,vt verbum leue quadret,& tolerari possit,quia leuiora,sunt cōcocta hoc est magis parentia nature,sic de equo,qui freno obedit,dicimus esse leuem ore,& puerum,qui facile paret iussis,leuem dicimus.tantisp Aris. de parti. Ani.3.cap.9.concocta leuiora appellat. Sed ad rē sedimēti, magis coarctā do verbū leue debet esse sedimentum, vt agitato vase,facile dispergatur,& iterum vniatur.per quod a pure & flegmate crudo,satis discrepat. vt bene supra.Imo de mente Hisac.illud est in sedimento prestātissimū.alias esse semicoctū, aut nimis tenax indicaret. Quod tamē,loquturi de situ ipsi⁹,magis explanabimus,legatur igitur lene & equale. Quod si albū sit, infūdoq; residens,& sic perseueret: ꝓmittit hanc conclusione; primā nostri textus q morbus talis est securus,& facile recessurus. Cuius probatio tal' est, nam ea signa,que ostendunt naturam potentem,supra morbi materiā victoria cōplecta,potissime alterantem.& expultricem non defficere,indicāt morbuȝ esse securum,cum breuitate,sed talia sunt huiusmodi,igitur. nam incolumitas extat,in signis exacte coctionis,breuitas autem etiā,quia humori cō coctō , quid restat nature nisi ipsum expellat? Qd potest fundari in verbo. Gal. in cotō illius inchoantibus,cū iam natura concoquit,superfluū est vacuare.quasi dicat,natura hoc cure habet,ipsa apparente coctiōe. Adieci autem operam expellentis,indicatam importione sedimenti deficii,quia licet radix oim bonorum concoctrix sit virtus,ipsa valente,ob infirmitatem ex pultricis,poterit succedere mors inferius repprehendum. Vltima ergo textus est.q si sedimentum sub illis prioribus conditionibus, intermittat intet dū,vt.I.non perseueret & non videatur sub illis conditōnib⁹, morbus censebitur diuturuus magis priori,ac minus securus.patet.quia per eam interpo sicionē,aliquis arguitur deffectus nature,ꝓ quē a felici statu priori recedit. Recedit autem,eo q humor aliquis incoctus interponitur nature,qui aut genitus sit ex diutino victu,qui & si virtuti refficiende necessarius sit,cruditatem auget.aut q humor aliquis existens in vobis,de nouo alterāti virtuti

tuti opponitur,qui excusus sub imperfecta coctione,sedimentum facit ap fectissimo statu deuiare. Quibus sit prelibatis,ad probationem minoris ꝓpōnis in prio silogismo accedamus. Quod fiet,insipiēdo a causa prima cōditionis sedimenti.& a situ inchoemus,quod fundum ipsius vrine debet tenere. Sed quod id non sit perfectio ipsius,deducitur,quia prima supfluitas est inter ceteras grauior,deinde vrina,vltimo vero sedimentum,quia alimentum quanto propinquat magis ipsis mēbris.magis depuratur a parte feculenta terrea,per quā est omnis grauitas.Item Hisac in propia materia, appropiat hipostasim pinguedini,sed talis leuis est,& super natat liquori, īferius videndum,igiē,oppositū est de mente autoris,quia leuigans sedimētū,aliquem inflatuosum spūm comixceri, ꝑ quē fit subleuatio ostendit,exacta autem coctio,omnem ventositatem respuit,vt supra citatum fuit. & licet ex superfluo alimenti recesetur mēbra nutrituris, non dest pars terrea, que iu mēbris abundat. Nutritio autem similitudine fit,nec pinguedini assimilatur, ꝙ habeat sup natare, sed ꝙ est de vltimo coctionis mēbrorū.vti pinguedo,ꝗ magis cocta est ipsa carne: Videndū per Arist.mille locis. descendit ergo sedimentum exacte coctū, per vrine liquorem, tanq̄ grauius ea,& cum omnes partes illius sedimenti,nou sint pares in grauedine,adhuc grauiores,sunt in loco infirmiori,& sub maiori molle. Ex qua lata basi, cū ceteris que deinde situātur,sedimentum acquirit eam figuram,que in ipso laudatur,pinealis.s.qualis est in corde,qualis ignis combustibili fixus,vnde etiam ex tali figura,victoria calidi naturalis arguitur. Videdum cum aliis analogiis similibus,per ipsum Hisac ī propria materia: depro ꝙ expositio ne eget,id quod addit,scilicet tale sedimentnm lune plene,comparare, quē simpliciter rotunda est. Solum id fecit, ꝙ sedimentis imperfectis,tot varii status corigrunt,sicut lune in suis figuris,sed sedimentum perfectū, omnibus numeris tale sit,vti luna cum perfecte rotunda visitur. Sed Hip.in presenti,de figura nihil,cum ex aliis conditionibus,sit ipsum laudare certius. De altera conditione ꝙ album sit. Gal.sē excusat per ea que in cōmento vltimo primi libri,de albedine puris,& feminis dixit,vbi mēbra radicalia alba esse asseuerauit. Ob quod,alimētū.quod vltio de victū est, superfluūq; illius,albū debet esse,& citra eū colorē,iuxta iperfectā victoriam calidi in eū obiectū.nec volo cauilari,si calor in materiā humidā agens necessario nigredinē inducat.nec acepto in presenti,pro albedine sedimenti copiam aeris albificantis,quem in perfecte coctis ponit Arist.5.de genera Ani.cap.6 ob quod alba dulciora quia cōcocta magis,id enim sedimentum forsam sublimamentū faceret,est ergo albedo,signum similitudinis ad mebra radicalia,quibus est vis alteratiua,que agit in sedimenti materiam.nec obstat,albedinē in vrina repprobati,& in sedimento laudari,quia vtrunq; degenerat,habens oppositum sue nature. Vrina est colamentū ex opera membri

rubificatis,& sedimentũ ipsorũ,que albificant.nec obstat secunda primi.dictum esse,sedimenta vt plurimũ imitari humores in colore,cũ sepe sit met humor febrem faciens.videndum prima quarti,quia perfectissimũ,a quocũq; humore incipiat,albũ debet esse,sic perfecte cocta (in mẽbris apparent) ob causã dictã,indicantia victoriã calidi naturalis concoquentis. ꝙ autẽ sedimentũ conditionẽ humoris peccantis,insequatur quantitate & colore,habet expresse Galenus in dicto cõmento.vt in morbis ex pituita & crudis humoribus,albũ sit & copiosũ,secus in biliosis, ꝙ exiguũ & croceũ; sed talia,& si alba,non ideo lenia.& equalia,per quod, in substãtia coctiõis exprimitur terminus.Ergo integer õnibus numeris est,per õnes conditiones,ideo supra,differt a flegmate crudo,conculcatione suarũ partiũ. Adiecit autẽ lenitatẽ,equalitati,quia si sedimentis reprobis cõtingat equalitas, propter massã esse õnino potius exterminatã & victã a calido excessiuo, non sibi congruit lenitas,que exactũ modũ,mixtiõis declarat,vbi nulla inequalitas superficiei,nulla asperitas,nulla discontinuatio.que cõditio , inter õnes fidelior est,ita ꝙ nigris fundo vasis residere,non negetur,sed pessima sunt.Albis vero non certa fides. Dicebat enim Auicena.loco citato,non attendas ad id,quod alii dicunt.Nã albedo,quandoq; erit,non propter maturitatẽ,sed ex exuperãti materia,equalitas vero,non est nisi propter maturationẽ,intellige de equalitate iuncta lenitati. alias falsũ diceret,vt supra capite de deiectionibus.probatũ est,imo equalitas,peior est inequalitate,i reprobis sedimentis.ex Aui dicto loco,in verbo,discontinuitas in ea,scilicet mala,melior est continuitate.Perseuerantia autẽ talis sedimenti, aut in interruptio,duobus modis põt intelligi.aut vt nulla die interrũpat ,quia incipiente natura vincere morbũ,non cõmisso peccato,non est vnde hec proportio interrũpatur,aut ꝙ continuetur,per õne tẽpus quo videri habet ,sicut sunt dies indicatiui,in quibus natura begnino aspectu adiucta, solet ꝑximã futurã:ac certã salutẽ promitere,in diebus radicalibus succedẽtib⁹,& vterq; modus est vetus,& crederẽ hũc vltimũ frequentiorẽ.quia nusquã vidi,sedimentũ prio modo perseuerare,nec eo ꝙ interrũperetur diebus inter mediis,inter indicẽ & radicalẽ,vidi iudicationẽ dilatatã,aut incertã. alioqui,nullũ esset inditiũ maius ex indicantibus diebus.& si õnia magis certa sint,si nulla sit interruptio,tunc enĩ velox,& certus terminus erit.velox inq̃ si mox a principio compatuit,certus aũt & expers recidiuationis, ꝙ natura humorẽ sic obedientẽ & concoctum,totũ excutiet extra corpus,nec aliquid crudũ latitabit,qui suuersionẽ aduocet.iuxta sententiã veteris,q̃ õnia ad dispõnẽ febrilẽ,accõmodanda magis sunt. Nã prĩo de iudicatiõe, in febre & affectibus febri iniunctis vrina habet ingressũ & in febribus acutis tanta est vis signorum vrine vt ipsi soli credendum sit . ipse Gal.6.epidi. contrario prĩo super textu in rigore vrinarũ suppressionesin passiõibus autẽ pticulari

cularibus,& absq; febre non dedignamnr ipsā cōtēplari quia si bona sit, minoris sunt timoris.si vero mala,imensi motus. Sic Hip.ac libro vrinarū , sic Gal tertio de morbis vulgari.i cōmento illo mulier apud tisaneum. Quod si offeras eodem libro. cōmento virginem quandam.fit presagita phrenesis,ex nebula suspensa in vrina.id per accidens consentitur . saltim celeritas terminationis,& certitudo in talibus affectibus,ex aliis,& non ex lotio sumenda sunt. Si igitur coctio ipsa consumata,certitudinem & velocitatem crisis ostendit,ex Hippo.& vrina huius textus,talem coctionem ostendit. primo de iudicatione.rationabilis est ergo pria nostri textus, deinde secunda per recessū a prima,& hec de sentētia textus. Liceat nobis tamen,ad absolutionē huius materie,breuē aliquā digressionē facere,nā si hec vrina optima est,& talis dicitur optia in egris, eo q; simillima vrinis sanorū sit .prio de iudicatione.in principio tractatus vrine. & Hippo. in presenti.omisso liquore,& vrine colore,de contento duntaxat mentionē facit: presuponit vrinā sanorū etiā exacte,sedimentū illius & potioris conditionis habere.hoc ē sume lene.equale & candidū,sed in sanis corporibus,tale sedimentū nō queritur. Ex textu difficili & obscuro ipsi⁹ Aui.i.c.de hipostasi,sic habet .& hec quidē hipostasis nō queritur nisi i egritudinibus,qm̄ in corpore egri male retente sunt materie in venis ipsius,que nisi maturentur, ꝑtēdūt malū & corruptionē.In venis autem sani,nō oportet semp esse humorem qui sit excutiendus,sed si est,melius est , q; hoc, significet in eis superfluitates , q̄ in eis superfluūt ex cibo a digestione priuato,deide.superfluit superfluitas , q̄ in vrina fit hipostasis.siue matura,siue nō matura.q text⁹ Aui.ita iacet i codice castigato,vti i ātiquo. Ex q̄ autoritate,iter cetera,colligūtur duo. Primū i sanis nō eē q̄rendū sedimētū,alterū ē,q; si q̄rat,id,est qdā decisū a cibo,q̄ priuat coctiōe,si ei a ciboq priuat coctiōe,q̄ir tale sedimētū,plenā & cōsumatā coctōnē signat: qd aūt tale sedimētū ipfectā coctōnē significet,videt et colligi,ex snia Gal.prio de iudicatiōe loco dicto.in verbo nā cū adhuc coquitur sanguis,vrina q̄ mīgitur,lenē & equalē & albā & mītā subsidētiā facit. tūc sic ista est optia hui⁹ textus,& deciditur ipso sanguie existente in via coctiois,& nō exacte cocto. ergo non signat consumatam coctiōem. Quod paulo inferius videtur magis cōuincere, cum inuat,& si signum sit exquisitum coctionis,plus autem de humore qui crudus nominatur euacuari demōstrat. Ergo qualr exquisite coctū. Ob qd i pueris & ociose viuentib⁹, ob cruditatē est reperire in ipsorū vrinis tale sedimentum copiosū album lene & equale. Pro veritate ergo eorū,q̄ obiecta sunt.notādū ē,q; corporibus inculpate sanis,tant⁹ ē nex⁹ & ordo iter virtutes nles,q; & si, ꝑ vita & sanitate tuēda,copia sāguis reperiat i venis.nec ea grauat nām,nec ipsa cōuertit ad sbām propiam,nisi qo ad iustum ē,vnde,non ē pars superflua talis coctiōis, q̄ per poros expelli non possit. aut occulte, aut aliquo rorido sudore , excita

to exercitio debito, nam sedimentum, superfluitas est inpuritatis, quo differt a semine. & inde colligitur veritas, q in sanis perfectissimis, nō quęritur sedimentum. quia tamen paucissima sic sunt corpora in culpate sana, nec exacte recta, nō excusatur in venis, vbi massa sanguinea alteratur a mēbris ipsis, inueniri ex hac actione, aliquid, quod cum vrina reuertēte ex distributione alimenti, possit separari. Quod cum non sit pars humoris nociui, non est superfluitas corruptionis, vti in egris, sed est superfluitas cruditatis, quam vocat Aui. non maturam, quia cum humores illi in venis: ob copiam datam iecinori, crudiores euadant ad venas. dum tota. ea masa cocquitur, & ad exactam coctionem ducitur, bona pars illius humoris expellitur cum vrina, que pars: non est tenendum, q sit superfluitas impuritatis, qualis exigua posset videri in bene rectis. Sed est pars humoris, qui actu elaboratur a natura, sed grauans sui copia, expultricem, item q omnes facultates naturales sunt in actu item q vrina retrocedit, necessum est bonam partem expelli. Quod sic expulsum, si candidum sit, & lene, non dubites quātitate esse superfluum, & posse adhuc in his qualitatibus magis perfici, cuius signum est, q si actio mēbrorum in talē massā continuetur, quod Gal. intelligit. in verbo, iam vero perfecta coctione, minus expellitur cum vrina, bona parte assumpta in propiam sbām mēbrorū. & sic quod denuo expellit, cum decissū sit ex re magis cocta, maturius ē. Quod Aui. superfluitatē maturam appellauit, cum priorē q̄ ex masa ad huc in via coctionis existēte, nō maturam vocauir. ex quo infertur, q in abstinētib⁹, multo minus subsideat, ac in colericis, vbi mirū absumit̄ p mēbrorū nutritione. secus in gulosis, & ociose viuētib⁹, si igitur vrina sustantiā habeat mediocrē, & colorē, inter rufū & rubeum, si sedimentum album multum & lene. Signum est exquisite coctionis. s. ipsius iecoris, vbi ex sanguine imixto colere, subdebita portione imixtis vrine, talis resultat color. vt non citrinus, remissione caloris, non rufus, intentione caloris. sed id, fit primo tempore coctionis sanguinis, id Gal. in verbo q vrinarum que fm naturam se habent, terminus est in optime sanis corporibus, primū coctionis sanguinis tempus, sed cum eo iuditio exquisito coctiōis quo ad iecur, ex sedimēto albo copioso, humorē crudū expelli demōstratur. crudū inquā, quādoquidē iuxta copiā cruditatis, augeatur, & iuxta exquisitiorē coctionē minuatur. Sed ea cruditas, non defectū mēbrorum, nec resistentiā, aut corruptionē humoris, significat, vti in egris, iuxta statum malorū sedimentorū. quia sic nec album aut lene esset, sed duntaxat, ea crudiras, est ob molem, quia copia sui excernitur & non deuoratur a mēbris. Habes ergo quod optas. quare &c.

¶ Si vrina fuerit subrubea: ac sedimentū subrubū & leue: diuturnior hic morbus q̄ primus: sed admodū salutaris est.

COMMENTVM GALENI.

Quotiês sanguinis serû pariter cum vrina excernitur colore sub rubra apparet, indicat a ût ex superantiâ sanguinis nô exqsita rône confecti. Igitur quia integerrimi humoris exupantia ê, idcirco sine periculo est. Sed quia humidior, & itê setosior quam is est. idcirco eget côcoctione. Si igitur spa tio temporis concoctio fit, merito talis vrina significat vt diututnior quã primi morbi solutio futura sit.

GLOSA.

TAnta ê certitudo stabilisq; salutis spescû celeritate, in sedimêto cômê dato i precedêti textu, vt vrina optia ob id dicat, sub quouis colore ipsa appeat. nûc vero cû sedimêtû i hoc textu declarãdû, cadat abeo statu p co lorê, q̃ subrubrû sit, & nõ cãdidû. op; côplere hoc iuditiû, puta de diuturni tate istius morbi, respectu pcedêtis vrina significati, p côditõnê vrine, q̃ ei⁹ dê sit coloris ad ipm sedimentû. dicit ergo autor. si des, vrinã sub rubrã, cu; simili sedimêto, & tñ sit lêne, morb⁹ ille salutaris admodû ê. & i hoc côuenit cum precedenti, sed differt ab eo, q̃ diututnior sit. Primû qd se offert expli cãdû ê, qd sciamus de situ hui⁹ subrubri sedimêti, ã côueniat cû pcedêti in subsidêtia, credere q̃ nõ. qa si iste morb⁹ diuturnus est, op; temporis tractu descendere, quia sic complebitur in dotibus suis. Puta situ, & colore. cadit igitur a precedenti, situ & colore. & quia coctio in substantia excedit mul tum alia que ex qlitatibus se tenêt, cû oîs coctio pricipalr ordineẽ expl'iõ ni, & coctio i sbã, ê q̃ ipsã aptat expulsioni. (Ipsa. n. ê q̃ expelli hêt. 3. artis cû rati. vacuatio totã educês sbãm. q̃ i sbã coctio, expssa ê p lenitatê, q̃ côicat cû priori sedimêto, inde incolumitas morbi significaẽ, sicut i precedêti, qã hu mor victus est a nã, Q ð sbê coctio indicat. qd in parte A ui. in scda. 4. in cap. 83. in verbo, & multotiens viuit ille cuius sedimê est rubeum, sed est equale & moritur cuius est album, sed non lene. Dat statim rationêm, quia bonitas in substantia facilis magis est ad suscipiendam expulsionem, q̃ bonitas i cô lore. sed defficit a priori morbo. q̃ diutumior sit, significato aliquo deffectu in natura, quandoquidem, nec calore, aut situ, illud sedimentum est com plectum. Debilitas autem in natura prolongat morbos salubres. Ex quo ne cessum est intelligas, sub eodem tempore perseuerare hoc sub rubeum se dimentum, quo, precedentis textus, nam primum potuit esse sub rubeum, & pendens, sed illico descendens & candidum cum lenitate; habuit totû; qd poterat. istud vero perseuerauit sub tali colore, per aliquot dies, vnde natu re pigritia, atq; deffectus presumebatur. Quod tamen minime intelligi poterit, nisi satisfaciamus querenti qualiter illud sedimentum potuit lene esse. Non autem album. Nam si exacte coctum est ex parte. substantie quod lenitate ostenditur, (Cum substantiam dare difficilius sit quam colo rem.) vt in propria materia disputatur, & facis conciliator. De hoc diffe renti. 85. Qualiter ergo non habebit etiam illud sedimentum colorem album

album. Quod significat exquisitam coctionẽ? Respondeo. q̃ pri⁹ intentũ a natura est substantia, hoc est ille modus substantie, quo aptatur expulsioni & talis potuit dari humori rubeo, cuius pars est tale sedimentum, etiam si credatur, iam partem aliquam rubedinis amisisse per eam continuatam actionẽ, quandoquidem ad album itur. exuere autem eum humorem omnino a rubedine, longiori eget spatio. sicut qualitates consequentes formam posteriores sunt. Duricies enim & soliditas non datur carni nouiter genite ita cito, vt forma. vt prima primi visum est de tertia humiditate. Et licet color prius possit dari substantia vrine, & contento, quam certa substantia, certus tamen color, post certam est substantiam, quod statim magis enucleabitur. Statim dubitabis, si in precedenti textu, per interuallum optime vrine iudicabatur etiam morbi diuturnitas, respectu prioris, & idem per sedimẽtum sub rubrum cum tali vrina; videtur q̃ tanti ponderis sit, cadere ab optimo per colorem, sicut per minorem perseuerantiam. Ego in presenti nõ possum verificare, dacto certo morbo salubri & terminando in primam. 7. ex iudicio optime vrine, si dentur alteri duo morbi, i altero quorum appareat vrina subrubea cum eodem sedimento perseuerans per dies, & alter in quo sedimentum optimum intercipiatur, qualis eorum breuior sit, Quia si hoc tale est per interpositionem humoris crudi de nouo aduenientis. Alterum vero ex conditione humoris resistentis ipsi nature concocquenti, non potest certo numero metiri ea differẽtiã. crederem, illam alternatã intermissionem, non esse tante dilationis. eo q̃ in secunda. 4. in capit. 88. habet Aui. de sedimento rubeo. q̃ significat multitudinem sanguinis, & tarditatem digestionis, & prolongatur ad. 40. dies & forsam non speratur crisis in. 60. si autem illa intermissio esset frequentissima, & forsam excedens continuationem, non esset difficile fundare contrarium. quia error tardat, & iudicatio nem cambiare potest. tertio de iudicatione. Poteris autem ad huc intimius dubitare super hoc: quia in precedenti textu per illam intermissionẽ optime vrine: vltra diuturnitatem respectu alterius morbi, quo optima videbatur, dixit, ac minus securus est. in presenti vero textu, per eam distantiam sedimenti ab optimo, in colore, dixit q̃ esset diuturnior precedenti, sed ad modum salutaris, quasi in securitate, nulla sit discrepantia, sed duntaxat ĩ tẽpore. Solutionem huius dubitationis non potest sentire, nisi solertissimum ingenium, propter quod, si es memor, in principio glose feci vim, q̃ in precedenti textu nulla fuit facta mentio de colore vrin, sed sub quouis colore, ĩ optimo contento erat certitudo. Quod autem hoc, sit irrationabile: patet p̃ Aui. secunda primi. cap. de hipo. vbi postquam dixit. vt in plurimũ esse hipostasim eiusdẽ coloris cũ vrina, addit & bis ĩ eodem capitulo, q̃ hipostasis que diuersificat a calore vrine, optima ẽ alba, deĩde rubea, deinde citrina. ergo sedimentũ albũ potest esse cũ vrina alba, citrina, rubea, & tandẽ, cum õni

que

que incipiat ex humore,qui a natura vinci possit,& ide ad albedinē cōdu ci,quia mēbra talia sint.& quia in presenti sedimenrum est rubeum,& talis est vrina,materia morbi solum est sanguis,& potius mole quā vitio pecans a quo impossibile est non succedere incolumitatē,ostensa victoria in sanguine per lenitatē sedimenti,ideo tale sedimentū ita securū indicat morbū, sicut albū lene perseuerans,differens,ab illo tēporis spatio.sed in sedimento prioris textus.cū a quocūq; humore poterat decidi,timor.est intermissa actione nature,ne periculū possit succedere,malicia talis humoris.ideo dixit, ac minus securus est.Et ita vlterius licitū est ponderare, q̄ sedimētū subrubrū nr̄i textus,cū possit esse sub alio colore vrine,q̄ in presenti est cū simili vrina puta sub rubra. Vnde si tale sedimentū videretur absq; tali vrina,non esset sic nūciū salutis vti presentis textus.quia nullus humor ita benignus vt sanguis(sed de hoc stati)sed si desideras scire,commodo sub alio humore peccante,vrinā sub alio colore reponente visitur sedimentū rubrū.& post ipsū album. Ex Aui.magis comendet.Ratio illius est.quia nā nihil cōcoquit nisi comertio sanguis,quod in parte,optime Auerois.3.colliget de febre colerica,sic ei vides ouū,quod viuificari debet,torū prius ad ruborē quēdā cō duci,sic semina cū vtero reponūtur.& inferius inuenies verba nostrā morā lia satis vrilia,que hoc explicabunt.igitur sedimenta que ad albū terminari habeāt.ex quouis humore fiūt,per ruborē quendā trāsierūt,sed vt nihil desideres super hac materia,poteris obicere,quia sic citrinū sedimentū laudabilius esset,quia rubrū cū albescit vergit ad citrinū.Sic Gal.prio de iudicatione,vbi palidū,deinde rufū,deinde flauū,deinde rubrū,penes gradus splē doris & albedinis cōparauit,ita q̄ rubeus minus de albedie illis oibus cōtineat.Irē īferius suspectius erit sputū rubrū q̄ citrinū.ergo sedimenta.Respō deo q̄ si colores sedimētorū sūr ab humoribus,quibus talia apparēt stati, rubrū est securius oībus,ppter gratitudinē sanguis,si vero hi colores denē sedimēris,actione nature albificantis,sic citrinū qđ est rubeū clarificatū,prestantius est eo,quia albo ppinquius est.Sputū aūt rubeū taxabit inferius,quia vene rupturā idicat.quā ptisis sequitur,qui affectus desperabilis est. Quibus sic prelibatis.procedendū est ad verificandam ac illucidādam textus nr̄i conclusionē,super quo opꝫ notare,istū colorē sedimēti ac vrine eē sub rubrū,q̄ color a rubro puro cadit per aliq̄lē claritatē.Qđ ostendit sanguinē illum a quo descidit,esse quodāmodo piruitosū,quā humiditate lauat vt ita dixerim sanguinis vera rubedo,serosior enim & humidior quam iis est, dicebat Galenus in commento.Hoc est.quam exquisitus sanguis. inde ad coctionem eget longiori spatio.Sed si id tolerabile sit,q̄ talis morbus non sit admodū salutaris,ostenditur.Nā fūdamētū ē,q̄ pēdeat á sanguie,& q̄ ide securus sit morbus.nam humiditas q̄to perfectior est,peiori putredie pōr In fici,signū est corruptio semis.6.de locis affectis.q̄ sit vltra sanguinis nicla

lis

lis corruptelam. Sic & displicet peccatum fili dilecti, magis ipsi patri, qua analogia, respondit Hi. sac libro febrium quomodo ex sanguine fiant mor bi acuti. Responsio est. q̃ merito q̃litatis. hic hũor est gratus nature, & gra tia publici peccati, non potest esse infẽssus ipsi. Non loquor gratia quãtita tis, si occupet nobilem se q̃a apoplexiã, & casũ virtutis subitũ põt facere, vi dendũ .11. terti. cap. de casu virtutis. in verbo facit accidere casum virtutis su bito, nec inde nego ad pessimã putredinẽ posse duci, illud arguit peiorem substantiã, sed passibiliorẽ. vt de aque pluuiali alibi dicetur. Creditur. n. cũ proportiones opponatur mixtorũ, q̃ sicut est mixtũ optime proportiona tũ: sic cũ soluitur illa proportio, ad magnã ĩproportionẽ veniat. Ad quod ẽt facit, q̃ natura cũ ipsũ maxĩe tuetẽ, nõ vincit nisi a vehementissimis causis citra tñ eã possibilitatẽ, morbi frequẽter occurentes, ceteris paribus secu riores sunt, que a sanguĩe fiũt. pria. 4. & infra per Gal. Sed adhuc obicit con tra totã sñiam text⁹, ex ipso Aui. i. sẽda. 4. c. 76. vbi cõcludẽdo dicit. & ad su mũ vrina, rubea rubei sedimis sigñat imaturationẽ & cruditatẽ. & ꝓpie qñ rubedo nõ ẽ vehemẽs. & pri⁹ dixerat sigñare inflãmationẽ vehemẽtẽ. ẽtẽ ci taui ex. c. 88. differri aliqñ hũc morbũ idictũ tali sedimẽto, & vrina. ad. 40. & .60. diẽ q̃ sũt termini cronicorũ, & acutorũ satis nothorũ. Vnũ reqrit prĩci paĩr ad veritatẽ hui⁹ text⁹, q̃ tal vrina nõ sit vehemẽter spisa, nec habẽs in pricipio copiosũ sedimẽtũ, qd totũ itelliges ex verbo Aui. i dicto .c. 88. ind pit series. & sedimẽ qd nõ antecedit tenuitas aut priuatio sedimis, imo est i uentum in principio: significat q̃ humor est plurimus, non q̃ sit digestus, imo oportet vt adueniat sedimẽ post aduentum digestionis, & posquã fue rit hipostasis pauca, & dum non est ita, significat, q̃ materia est grauis, gro sa & multa, & q̃ egritudo interficit. quare &c.

¶ Si in vrina sedimentũ speciem referat farine crassioris: malũ est. Dete rius vero si squamularum institutione cõsistit. Si vero tenue & candidũ admodum est: vitiosum est. Furfureum vero deterius est.

COMMENTVM GALENI

Crassior farine pars appellatur que effracto inuehitur ordeo grandiuscu la refugiens. scilicet mole confectionem exquisitiorem. Hec igitur quotiẽs inuehitur vrine sedimento, inditium non bonum est. Si enim farina non af fringitur in partes admodũ tenuiores, species farine redditur crassioris. In vrina vero quotiẽs alimonie pars nondũ deducta in super diriuscula per manet. Sed assato sanguine crassiore, vel consumptis inequaliter carnibus ita contingit. At vero inequaliter accidit, quotiẽs a calore igneo q̃ recẽs est & nup cõcreta caro i saniẽ rdsoluatˀ, duriuscula vero si i iis q̃ frigũt i sartagi ne sublimis exicaccata constiterit. Prima ei noua ac recens pinguedo con sumitur per huiusmodi febres, deide durior ac vetustior, & ab his deince

psnoua ac recens caro, mox dura ac vetusta, postremo solida iā corporis mē bra. Quibus rursus consumptis, squamule pariter cum vrina excernuntur, & ob eam rem talis vrina deterior est, q̄ q̄ immō speciem farine referat eras sioris. Ceterum aliud est tenue sedimentum, id est, non habens corpulentiā, sed vt ita dicatur subsimile spume, tale vero continuo tenue existit, ppterea q̄ recipiat in se totum circunflui splēdorem aeris magis q̄ quod crassius ex At vero generatio eius est de spiritu flatuoso permisto tenatius semicōcto humorum excremento. Oroprium enim concocti integre sedimēti ē id quod consueuimus nomiuare equale id accidit, quotiens totum similare existat. Quod enim vario permiscetur corpore, dessidentes obtinet in cōditione & colore partes. Inequalium vero corporum que ex partib⁹ tenuio ribus habeant inequalitatem, deteriora sunt q̄ que ex maioribus. Que enī sunt partium maiorum, magnā indicant nature robur tm̄ quāta fuerit sub stantie magnitudo exq̄sita rōne confectē. Que vero tenuiorū sunt peruin ci ab hūore indicāt facultatē. & veluti pugnā haberi equale; atq; ea res in omni inequali corpore p̄misceu a est. Particulares vero i eo differētie p̄ virtute cōcocte materie, vitio q; nō cōcocte existunt. Porro ab his tribus sedimēto rum differentiis aliam quartam adieci furfureum sedimentum; quod ī q̄ deterius q̄ tertium est. Indicat enim queadmodum primū ac secundum ī meam febris caliditatem & consumentem, quo quidem non quartum, sed tertium proditum esse oportet.

GLOLA

Viso de inditiis sūptis ex optimo sedimento, ac ex altero modicum distā te ab illo, transfert se iam Hip. ad inditia que fundantur in sedimentorum contra naturam consideratione. Que omnia malum protendunt, & licet au toresalii de pluribus mentionē fecerunt, quos in fine lectionis ad abso lu ō nem doctrine imitabimur, in presentiarum Hip. de. 4. dunta xat mentionē fecit. & primū est crinoidale, qd apud alios frustis frumenti dissolutis i aqua simile est, cū nō conteritur pfecte. Ex quo illud anicolo inductum i hac ma teria ex textu A ui. p crinoidali, nō est ita. nā A ui. debet legi p frustis frumē ti, ferměti. qd sedimētū fere fūgale ē, qd satis distat a sedimētis nr̄o textu ex p̄ssis, & nicol⁹ vitio litere se fefellit. De sedimēto ergo prio nī i text⁹, clarā mētionē facit Gal. 7. apho. textu. 31. icipit qb⁹ i febrib⁹ hipostases crinoides fiunt, ibi enim ac presenti cōmento. Introducitur hoc sedimētū; potius sub frustis ordei (quia cū asperū sit) & nō ita cōterit, semp ipsi⁹ farina difformior est tritici, & corticibus plenior, & frusta grani coapparent in ea, potissime cum ex industria, aut ignorantia artificis, superior mola non premit cum pondere sufficienti. Tenendum ergo est in primis, vt equiuocatio abicia tur, hoc sedimentum, posse dici similagineum, a partibus farine, crinoida le aut corticale a frustis seminis, & ipsius cortice, ibi clare apparentibus.

secun-

secundum sedimentum de quo textus, schamosum: qd alii petaloides vocant, alii laminosum. Ad instar illius squamule q in maleādo ferrū, incudē, & male ū fugit. & non dicit laminosa a ferri limatura, quia talis nō est schamosa, sed minutissima. Tertiū est furfureū, qd l; vltimo loco reponat i textu, aptius tertio ponit loco, q̄doqdem significet sup eisdem causis, cū prioribꝰ, & dānis. & si inter ea gradus sint, vt enucleabit. Qd sub eo nomine ab ōnibus celebratur. Dimisso ergo. 4. ptine lectionis, quod tertiū est in textu, & inepte, qd est spumosum minutarū partiū. De tribus diseramꝰ. Priori equocatione postposita. ac appentibus vt morbi, nō a primitiuis causis, nō vitio tenū, aut visice, qd cauere docebit Hip. in fine tractatus. Et duo faciam. Primū quid talia significēt in febribus. Sdm qualr cōfferant mutuo in gradibus malicie. Sciendū ergo est de primo. s. granoso & crinoidali, con formiter ad id Gal. 1. de crisi, & ad Theofilū in tractatu ppio. q tale nō visi tur sine febre, & calore cōsumente. Vnde effectiuū super quo significat, est calor excessiuus, materiale vero, aut est substantia humoralis, aut membrorum. De humorali vero conformiter ad Gal. 7. apho. loco citato, a sāguine, melācolia, ac flemate, raro ē q a colera decidat sm ptes sic magnas, ex humorib9 igit sub eo colore videbit, qual ē hūor, a quo decidit. vnd ecū a sanguie, decidi tale cōterū, sonēt autores, & a masa sāguiea, & a siplici hūore, intelligi possūt, potissime si liene adurant qd tale iuxta Hip. morbi lōgitudinē, signat in saluādis (presertim si a principio illico nō cōpareat, quia sic) eta ficiem humoris, calorem q; adutentem significat. quem tractu temporis superabit natura, si prius non sucumbat. Quod tamen sedimētum ex Gal. dicto cōmento magis est pronum ad malum, sed que discrepantia inter tale, & illud, quod dissoluta mēbrorū sbā apparet: cōmuniter dicitur, q sub variis coloribus inuenitur hūorale: sed cū illd nō sufficiat, q ex pituita adustū, psentabit mēbrorū colore, recurrendū est ad intensionem febris, an sic edax iudicetur, vt serpat membra dissipanda, ac tale, maiori cū fetore erit, nec ita digitis cominuetur. Nec credo legitime dubitatū p Thadeum in presenti, qualiter poterit sedimentū crinoidale, ex dissoluta pinguedine apparere, cū tale natet, crinoidale descendat. & Thadeus dubitauit illud, propter dicta Galeni in commento, que videntur fauere sue dubitationi, sed meo videri, cum recte sentitur de intentione Galeni. non est sua intentio, hoc sedimentum e pinguedine dissolui, quia solum tela aranee. lotio nauigans, sed cum calorem edacem introduxisset, harum dissolutionum causā. Explicuit omnem modum liquefatiōnis. vt. 10. de morbis curandis tetigit. & supra subtiliter ponderauimus, nam incipit calor a pinguedine minus constante, & sic de facto in principiis ethice, talem dissolutionem aranean conspicimus, nihilo subsidente. cum vero procedit, iam aliquid est videre subsidere, granosum & solidius, vt intimius mēbra patiunt. Vnum tamen notandum ex

theophilo,quod post lucidius fiet,ressolutiões crinoidales crassiores & cor pulētiores esse petalosis,& furfureis,quia secundū omnē membri dimēsio nē,videntur separati ac descidi. Notandūq; q; sedimentū carneum,de quo qnipiā sub hoc pertractāt nomine,sub hoc crinoidali cōcipi potest. Corticalis autē laminosa seu squamosa,dissolōnē a partibus interioribus vena rum,aut a mēbris aliis q̄ sunt escoriabilia,procedit. Sed nō est sic solida ac ptofunda,vti furfuracea,& si spaciosa hoc est latior sit. vt ex Gal.1. de crisi ac.2.4.& ex rasio.2.continētis cōuenit cum priori sedimento,q; tum a mēbris,tum ab humoribus,discidi possit.& l; non inuenıatur ab autoribus expressum multū,ab humotibus tale resecari sedimentū,ex A ui.tamen expressius.2.pti.c.proprio in serie q̄ incipit. Verū duo prima ipsius genera: expedit tamen credere,nō ex mobilibus & vagantibus humoribus,sed inculneatis,& herentibus cauitatū parietibus descidi.quasi a partibus ipsorū receptaculorū excorientur. De quo sedimēto dixit rasius loco dicto, pauli autoritate. vidi in vrina sedimentū squamosum, simile corticibus intetioribus ouotū quantū vola manus cōprehendi poterat,& ipsarū expulsione, ipse liberatus est a febre,scabie pruritu q; vesice. qđ A ui.loco citato in verbo dixerūt quidā.&c.q; autem predicte ressolones cōfricate,dissoluebant a quanq; tingebant,inditiū etat, ipsas ex humoribus resecari. conuenitq; hoc cum priori,q; albū rubeūq; frequentius videatur.potissime si vicio renū aut vesice tale sit,a superioribus autem particulis fuscū magis.qđ terciū genus,perniciosum satis,vt A ui supra in verbo. Verum hec duo prima genera non impediunt,scilicet albū, & rubeum.quia vicio renū frequentius apparent. Differt aut hoc squamosum sedimentū, acrinoidali, q; minoris crassitudinis & cripulentie,& forsan a radicalibus membtis duntaxat descl ditur,cum prior ab vtrisq;.& ideo semp ad fuscum vetgit colorem. Semi nalia namq; mēbra prōptiora sunt,vt ipsorum frusta laminosa seu squamo sa sint. Furfureum vero,etiam cum prioribus dissolutionem significat. qđ ab ambobus difficit dictis,cum non inueniā dictum ab autoribus,ex humoribus resecari:quod de aliis sic.estq; sedimentum tale,non ita latum vt squamosum,nec ita corpulentum vt crinoidale.& sic amat descidi a membris membranosis,non multe corpulentie vt in scabie cutanea est videte,in deflotationibus que in prutitu fiunt,ob qnod tale,peculiare est scabiei ipsius vesice. Iusta Hipo.in quarta A pho.quod ad vicium attinet eorum mēbrotum,a quo cauebimus.per eundem Hip.in fine tractatus.quod furfureum sedimentum, sat membranas penetrase calorem ptotendit cum eas sic dissoluat.& inde ad fuscedinem virgit.q; si ex humoribus daretur, potius arenosum qua m furfuteum,credcrem eam residentiam fore. De altero veto punto difficiliori,oportet pronunciari deinceps.Gal.autem in presenti cōtō,iusta ordinem textus.sentit crinoidale esse malū & squamosum

pessimū

RAtionabilius forsam hunc textũ supra posuisset, cum de sedimine preter nrĩ fuit locutus, cum aranee tela pinguis, illius sedimis sit species, nec minus, textus sequens poterat esse cõtinuus. illi superiori. nubecula q̃ ĩuehitur, sed de cõtinuatiõe nõ est vis. Intentio ergo Hip. ĩ presentiarum, est, damnare eam pinguedinem, q̃ natat sup vrinã, qa talis disolutionẽ & piguedinis liquefacionẽ significat. q pars cũ aerea sit, supnatat vrine. vti i iusculis pinguibus apparet, potissime. cum frigescunt. & nota vt bene Gal. 3. de morbis vulgaribus in fine, quod est dare vrinã oleagineã, aut quod piguedinẽ ferat: aut quod coloris sit ipsius olei. in presenti vero de pingui est sermo. ita ipse eo loco. ipse vero. s. Hip. in presagiis dixit pinguitudines, q̃ vero instar olei est in colore, varii coloris visitur, sicut oleũ & cruditatẽ & longum morbũ significat. Incipiamus ergo pro bonitate expõnis. falsã quandã expõnẽ abicere, vt veritas melius inferatur. vt Aris. libro elenchorũ docet. Est igit colligere, ex verbo istius textus. super natans. quod & si pinguedo in vrina ex renibus possit decidi, videndum. 7. aphoris. textu. 5. istã istius textus de renum pinguedine non intelligi. nam Hip. ibidẽ ait. quibus insidens ac pingue simul totum his tenum vitium acutum significatur. que verba sonant, vt in alia litera. verbum conglobata hoc est colecta & vnita. & ratio fauet illi verbo, quia descisa a proxima sede, sub maiori mole discernitur, supra fuit tantum. & inde potest bona pars in vrina vnita videri. Cum igitur verbum supernatans, pugnet verbo insidens & simul totum. non potest de disolutiõe a renibus, talis pinguitudo intelligi. Quod tñ falsum, alias frusta statim inferius, caueret a vitio renum. Quod tñ necessarium nõ esset, si huiusmodi pinguitudo, renuũ affectui non conueniret. Item si Gal. credimus, ea antiquorũ expositio, ad verbum insidens, & simul totum, violenta est. imo verbũ

bum simul totum.idem sonat, q̄ subito.quod tamen notum fiet : cum doctrinam hisac in hac materia introducemus. Habet enim in quodam capi. de coloribus vrine, significantibus corporis dissolutionem: & talis est vrina pinguis. (et licet pinguedo cōtentū sit in vrina, in capite de coloribus determinauit de ea, quia vrine colorem variare potest.) & forsam timeo hisac: q̄ non vidit eum textum Gal. citatū in hac lectione in 3. de morbis vulgaribus. Quicquid sit, cum talis araneorū tela, pinguedine & a toto corpore.) & arenibus dissolui, ptēdat: necessum est aliquot indicia addere. Vt vidēs non decipiat, sed inter vtrunq; discernat. Et primo dicere: presentiā febris distinguere, nihil valet, quia quod volo est, in morbis acutis, ubi febris semper est, visa ea tela : an calor duntaxat liquefecit eā arenibus, an a toto. Sit ergo, q̄ maior macrefacio cōmittatur, cū dissoluta, a toto corproe. Itē q̄ si arenibus tantum, coctio ipsa est manifestior, & color vrine minus vitiatus. propia autem diff. est, hanc telam in pasionibus renuum, subito apparere, hoc est sine mora, vrina exeunte, a corpore. Quod pro verissimo sensu. ad verbum Hip. habet Gal. dicto cot. & ratio illius est, q̄ cū possit decidi are nib9, sub maiori mole, & a viis ppinquissimis, statim natat scdm sui natūram. Nec eget expoliari ab aliis partibus vrine, quibus cōmixta valde est, que a longe venit paulatine. vnde eam que a toto, esse cōmixtam vrine, & que arenibus insidere, & simul totam videri. Sic intelligo, q̄ insidet, & subito petit locum superiorem vrine. Et ita que a toto, forsam nō apparebit sursum, nisi post tempus. Sic q̄ forsam in matutina, que notabili tempore quiescit. Que vero a renibus, quotiēs mingitur, videbitur pinguis in parte superiori. Que omnia pulchre diff. hisac loco dicto. Que dissolutio, magnā penes corporū promptitudinem patit diff. iusta ea, que dicta sunt a Gal. 10. de morbis curādis. Quid autē possimus pronosticari, p talē telam araneorum, dico quod in principio morbi, est multo peioris inditii. In. 2. 4. cap. 89. quia maioris impetus causam protēdit. Et ibi vide, qualiter aliquā do permixtionem rationis significet. Ob quod verbum Hip. nephreticā in textu citato. Quippiam per verbum phrenetica legūt. Et si inuito Gal. habes ibi qualiter apparēs in. 4. mortem promittat in. 6. & qualiter visa post vrinam nigram, est significatio bona. Autoritate tuī sapientis. Et qualiter licet sit mala, si ei associentur alie bone significationes, non est timendū. Cum eñ pinguedo nō sit membrum, & sepe adibeamus regimem pinguibus, vt macrescant. Non est tanti ponderis hec dissolutio. Et verū fateor, & oculati sunt alii testes, q̄ in nobili moniali, vidi cū febre innumerabilem pinguedinem oībus diebus dissolui, & a principio morbi, & cum fedo colore vrine, euasit tamen incolumis, morbus tñ fuit prolixus. Etiā in iudicatione morbi, passa est terribile simptoma. quare &c.

Q Cōsiderāda

¶ Consideranda in vrina nubecula est: vtrũ sursum fuerit: an deorsum: & item colorẽ quem obtinet. Si enim deorsum feratur cum colore qui dictus est bona cõmendandaq; est. Si seorsum cum colore qui dictus est mala: dãnandáq; est. GAL.

Qđ a me libro de iudicatione sublimẽtũ este appellatũ, id solere Hippocratem nominare nubeculã hac quoq; dictione non obscure signauit. Sed aliubi ipse sublimamentũ geniture simile dixit, ita vt e duob⁹ alterũ sit, vt aut generalioris rei nomẽ existat sublimamentũ sectionẽ habẽtis in nubeculã & id qđ geniture simile est, aut nunquã nubecula ab eo sublimamentũ nominatur. Ceterũ vt quicquid inuehitur in vrina vtile sit, & quãto subsidet deorsum, tanto melius habeatur, antea diffinitũ iam potẽtia est, vbi diximus tali interdũ spiritũ permisceri flatuosum. Quod igit̃ exquisite cõcoctũ secretũq; est, quale ac similitate vtpote nullũ habens flatuum, in fundum descendit vasis vrinam continentis. Quod vero permixtum est aereo quodam & vaporoso flatu id subductũ ab eo q̃ proportionale sit quantitati subducentis, minusq; & magis sursum fertur. GLOSA.

Satis turbatus est hic sermo autoris, potissime cũ Gal. in cõt. de situ dũtaxat nubecule loquatur, de colore silens. Redditur etiam obscurius textus iste, nã facta mentione de multiplici colore, addit cũ colore qui dictus est, bona, cum colore qui dictus est mala, non expresso colore, de quo intendit. Oportet ergo credere, vt supra cõmonuimus, hanc literã situandã, post illũ textũ supra. Nubecula que inuehitur in vrina, vbi de duabus fuit locutus, alba & nigra, vbi nihil de situ nubecularũ pronũtiauit, nũc vero in presentiarũ complet, quid de situ earũ nubiũ cõcipiat. Nam tu posses dãnare, aut cõmẽdare ex colore eas nubeculas, si igitur cõmẽdas mihi nubeculã petere deorsum, nigra talis, vituperabilis est. Igitur situs eget colore. Si cõmẽdas albã ex colore, si sursum residet, vituperabilis est; igitur color eget situ. Igitur ex ambobus textibus vnũ fac. Apperiamus ergo autoris mentem. Primo ex parte situs, in quo hi sac pulchre in hoc proposito, de generatione nubecule. Cum enim natura humores concoquens incipit facere sequestrationẽ, in primis dissoluens, mouet suam ventositatem, que agitata locũ superiorẽ petit. Qui locus sibi est naturalis. Et sui ascẽsu humiditatẽ turbat in crassando ipsam, ac terrestre secũ ducẽs, virtute sui motus nebulã ipsam causat, que primũ locũ tenet vrine, & initiũ significat coctionis. Sequitur deinde sentẽtia ipsius autoris. Cum coctionem mediat, spiritum subtiliat flatuosum, & virtus sui motus deficit, deinde humor attenuat̃, craficiesq; admitrit̃, parsq; terrestris iam soluta in locũ naturalẽ ipsius incipit descendere, ac vrina media suspẽditur. Hec hi sac idem fere Gal. in cõt. & ideo supra de mẽte A ui. quã do fimbrie hipostasis prorũpebant deorsũ, bonũ. Sed procedẽdo vlterius ad sententiã textus. Dubitamus, si enim que seorsum tendit, cũ colore qui dictus est, est mala, si enim albã deorsum tendẽtem cõmẽdauit,

mendauit, non ideo nigram sursum existentem, merito adeo vituperauit? Non enim que deorsum tendit nigra, peior est seorsum tendente? Primum ergo quod sentit, est solum loqui de nubecula alba, & ideo bis repetit colorem. quod non toleraretur, nisi de eodem intelligeret. Ergo talis alba si deorsum petit bona. Nam sursum existens, cũ copiam spiritus flatuosi consentiat, rubee nubecule posponitur. per ea que ex A ui. supta dicta sunt. Possitq; etiam de vtroq; colore intelligere, ita q nubeculam cõmendandam, apreciet ex duobus, ex colore, & situ, deinde damnat vituperandam, tum ex situ, & si alba sit, tum ex colore si nigra. Quod litera antiqua clarius in calce textus. in verbo. Suprema vero & nigra vituperabilis. nullam autem faciens copulationem nubecule nigre, simul cum situ, nam sic vt obiceimus, minus eam damnasset, collatione ad nigram deorsum tendentem. Per ea que supta ex Gal. diximus. & huic. 1. sensui magis adheremus. quare &c.

¶ Ne te fallat si ipsa vesica egrotans aliqua talem reddiderit vrinã. Nõ enim totius sed ipsius per se vesice inditium est.

COMMENTVM GALENI.

Optime id adscripsit reuocans in mutum, qđ nos interdum omisimus, diffinire in egris. Atq; oportet in ventris de iectione reponere in animum nunc proditã diffinitionem etenim promiscuum est vtriq; secretioni, totius corporis recipere excrementa, atq; etiam illarũ partium per quas excernuntur. At vero per naturam habentibus nobis excrementa totius corporis repurgãtur per vrinam, ea vero que in ventrem condita sunt pariter cum stercore excernuntur, preter naturam vero habentibus cum vrina pariter quedam morborum in renibus ac vesica inditia excernuntur. Cum stercore vero corporis totius, itaq; non rato per vrinam purulentam, questio extitit vnde nã veniet pus. Itidẽ vbi squamule excernunẽ ea ipsa questio est, & item aspera, fetida ac biliosa sepe redditur vrina propter vesicam & renes, non rato vero propter omne corpus id est perfectricem humorum in tota animali facultatem que vt iudicauimus veluti focum ardentem, & fontem obtinet iecut interdum ea ipsa, haud quaq̃ affecta per vesicam & renes omne animal expurgatur, aut partium aliquarum in eo excrementa quidam incidentia venis purgato sanguine de renibus excernuntur, quemadmodum abscessus quoq; consistentes sepenumero per vrinam excernuntur.

GLOSA.

Possemus vt supta tetigi, istum canonem ordinare immediate post illum, vbi de nebula pingui fuit locutus. Que araneorum tela, vt ibi innuimus, & renum vicio, ac totius corporis poterat apparere, hic docet cauere ne alienum. Iudicetur quod propium est. quia tamen de vesica magis facit mentionem, ideo generalior est doctrina Hip. & satis vtilis. Nec altera

huic loco congruentior,supra enim pluriũ sedimentorũ pręter naturalium meminimus,que oĩa vitio renum & vesice apparere possunt. Sicut Hip.in quarta aphoris.a canone.75.qui incipit. Qui sanguinẽ aut pus mingũt,vsq; ad textum.81.qui incipit eodẽ modo.& si in eo de squamulis mẽtio fiat.cũ igitur non fit sedimentũ aliquod pręter naturale,& multo plura eis que dicta sunt,quod vitio renum,aut vesice,aut mẽbrorum interiacẽtium etiã nõ appareat,quid vtilius in calce huius tractatus,quã monere ipsum medicũ, ne decipiatur in tali iuditio. Nam & si ex plurimis affectibus renum & vesice,talibus sedimentis significatis,mors possit succedere,longe tamẽ ab ea celeritate,qua acutos pacientes rapiuntur,si ad talia peruenerint sedimẽta. Ex quo,ꝓtimum quod est notandum,non solum per vsicam,tale mẽbrum duntaxat intelligendum,verum renes & canales medios.sic Gale.primo de crisi vbi pertractat hanc materiam.sic in pńti cõmento. Signa ergo quibus hic error potest caueri,sũmuntur ex Gal.primo de locis affectis.scilicet contemplari,si in talibus regiõibus sit dolor,tumor ve,aut actio talium impedita.nam si aliquid eorum habeant,ipsis imputandum est,& non aliis sedibus. De conditione autem exeuntium non loquor,nam super hoc est questio. Si enim in se haberent notabilem discrepantiam,puta iter surfuracea sedimenta que ex iis mẽbris,aut aliis decidũtur,tunc nõ esset ꝓuidere etto ri. Gal.autẽ in litera huius cõmenti antiqua,& noua, differenter videtur se habere. Nã presupposito,ꝙ intestina ac ista vasa sint deputata euacuationi, dicit conuenire ambo,ꝙ per ea organa,totius corporis superfluitates possint deponi. Quod planũ ẽst.tertio de facultatibus nr̃ibus.& vtiliter morbi comunes & particulares iudicantur succedente vacuatione per talia organa ita annuit,esse canales & expulsoria organa ꝓuatis superfluitatibus eorum paria,intestina fecibus,& ista.vrine.addit modo,vbi est diff.at vere per naturam habentibus nobis,excrementa totius corporis expurgantur per vrinam. Antiqua dicit,ipsis organis in hac dispositiõe naturali,solum euacuari superflua sua. Additq; in noua litera.si,talia vero sunt preter naturã,cum vrina pariter,quedã morborum in renibus & vesica inditia excernuntur,cũ stercore vero corporis totius. Primo dices,si sunt ista organa in dispositiõe sana,qualiter sunt apta expurgationi superfluitatum totius corporis: nã in corpore sano nõ sunt supfluitates. Dic ꝙ cum de dispõne sana,aut preter naturã loquitur. Ad cõditionẽ ipsorum organorum est atribuendum.sic ꝙ in dispositione nr̃i,hoc est ipsis existentibus absq; apãte,vlcere,& similibus. solum superfluitates possunt expurgari,que aliunde veniant,absq; eo ꝙ tales superfluitates,aliquot inditia representent,attinẽtia ipsis organis. Cum vero ipsa priuatim affecta sint,cum tunc illud superfluum expulsum,& a toto corpore possit emanere,& proprio vitio confluere,est tunc dubiũ,quod inuitat ad discernendum,si sit a toto,an a renibus seu vesica.sed litera anti-

quior

quior est clarior, vt scilicet in dispositione sana, ista organa sint solũ suis excrementis quotidianis õnoxia, sed in dispositione preter naturali. sub eisdẽ excrementis consuetis, euacuatur aliquid, quod in ipsis egritudinem esse, manifestet. Quod cum in tali dispositione scilicet morbida, ab aliis etiã locis emanare possit, exoritur questio vnde. vt verbi causa viso pure in vrina, petro egrotante, cum tale pus ex apostemate rupto in illis sedibus, & superioribus possit precedere, dignum est scire vnde ꝓfluit sicut ĩ pluribus exẽplis Gal. in cõmento. quare &c.

De vomitione. caput. vii.

Vomitio vtilissima est: si pituita ac bile ꝑmixta quã maxime est: si non multa: non crassa est. Sincerior enim deterior est.

GAL. PER HANC quoq; dictionẽ indicauit, quid nã appellet sincerum opponens illi permixtum, quanuis etiã nomẽ ipsum nihilominus suam indicet significationẽ, eteni vinum dicimus sincerum, quo cum aqua permixta nõ est, aut perq̃ exigua permixta est, nec non quodlibet aliud nominatur sincerum, quotiens ipsum per se tantũmodo impermixtum aliena materia est. Itaq; flauam bilem intueri licet, interdum crassam ac summe flauam vomitione teiectam, & item deorsum deiectam: quam sane nõnulli nominant vitellinam, sepe vero humidiotẽ ac minus flauam, que magis proprie crocea nominatur permixtum habens in se tota pituitosum humorem tenuem, aut aquosum quoddã excremẽtum Vult igitur Hippocrates neutrum humorem sincerum apparere, sed eos inter se quoddammodo permisceri. Biliosus enim sincerus caloris copiam pituitosus indicat frigus. Quinetiam sincerus humor crassior redditur: pituitosus quidem propter frigiditatem quasi concretus, biliosus vero propter exuperantiam caloris euaporatus, tanq̃ assatus. He enim due cause contrarie crassitudinis sunt calidum admodum ac frigidum. Calidum eni euaporet, frigidum adstringit.

GLOSA.

Complecto tractatu de vrinis & deiectionibus, ad inditia que ex vomitu sumuntur, se trãsfert. Nam & si ventriculus atractioni deputatus sit, sepe natura ea via, nocuum humorem expellit. siue sit superfluitas ipsi coctõni, vt pituita, siue aliunde redundet. humores nãq; nõ naturales etiam hoc vase procreari possunt, quicquid dicat Auerois. De vomitu ergo multiplici, qui videri poterit, ille vtilissimus est, si ex pituita & bile mixtus sit. quia licet humores in nobis quatuor sint, raro sanguis vomitu expellitur, itẽ. & melancolia sui grauitate, non valde prona est ad hoc, & si lieni affinis sit, colera autem, aut sui leuitate, aut propinquitate ieiunoris & felis, aut atracta stomachi inanitione, inuentaq; pituita in eo vase, ob quod ipsius lacuna a quibusdam appellatur, accidit hos humores facile misceri: humiditare pituite.

Qua facile pactitur,& calore bilis quo permeat. Et sic etiam ob id in febribus,eos duos humores coire facile videmus,saltim secundum vicinitatem. Hanc igitur miscellam cōmendauit,potissime si vomitus non fuerit multus.materiam nāq; diuersam multam supra taxauimus. Item si crassa non sit ea vomitio, nāq; tunc tenacitas ipsius humoris,aut victoria caloris, aut frigoris,quo sic crascessit,apparet.& ideo addit in calce textus,sincerior.eni deterior est,quia talis qualitatis eminet victoria. Sed omnia ista clariora fient statim. Incipientes igitur a litere expositione,dicim⁹ vomitum esse quēdam ventriculi motum,per quem aliquid corpulentum per viam oris expellitur, vt hoc differat a nausea,& suuersione.& erutatione. Estq; mot⁹ ille contrarius appetitui,& quia & si virtus inclinet,ipse fundus ventriculi sursum fertur,contra ipsius inclinationem,ideo suo modo,motus,contra naturam dicitur. Videndū prima aphorismo. Notandum deinde, vomitum aliquem dici vtilem,q aliquem liberet ab aliquo dolore & passione, & sic ille pure vriginis iuueni,in quinta aphorismo.cōmento primo, vtilis dici possit alio modo. respectu aliarum vomitionum, q significet humores qui corpori dominantur,sub mitioribus qualitatibus esse,& sic propie intelligitur in presenti. Sed optantibus materiā huius textus apperire magis, stati se offert dubitandū. Iniuste hanc vomitionem adeo cōmendari,quādoquidem humores diuersos ostendat. Que ethereogenea materia,quanto ponderi sit virtuti,supra cōmonuimus.item tota huius textus ratio,extat,in dānando humorem purum,ideo vomitio sincera blassematur. Sed ex Auicena in prima quarti.in tractatu secundo.capitu.quatto. Dicitur de tertiana pura,q salutifera sit,eo q a pura colera pendeat. Marsilius ibi dicit. Humorem purū bifariam dici,aut priuatione mixtionis,aut excelentia & puritate qualitatis. Vti vinum potētissimū purū dicimus hoc secūdo modo, aliud vero non sic potens,non dilutū tamen,etiam purū dicimus primo modo. Gal. vero de vino exempla possuit,qui ita intelligendus est. Nā purum prima fronte intelligitur.i.non permixtū.quia verbū permixtū in textu est positū,cui opposuit sincerū.& cū ista explicatio sit priuatiua,addit, q hoc nomen sincerū,etiam dicit aliquid positiuum.scilicet aliquid habens puraz & vincentē qualitatez. Vti si vinū gustes purissimū, aut adeo exigua aqua dilutū,vt cōmertiū aque,puritatem qualitatis non obscuret.sicut comuniter dicimus ministrāti vinū potentissimū,etiam dilutū tantilū sit, quid mihi offers, vinum meracissimum? Et constat,hec ambo exempla Galeni explicare.significationem sinceri a victoria qualitatis,& positiuam. Nos vero. duplicem explicationem,alterā priuatione mixtionis. Vti in vino quocunq; non diluto,alteram a puritate qualitatis. Que puritas qualitatis apud Galenum,non excludit omnem mixtionem,dūmodo, qualitas valde non temperetur. Vnde Galenus statim in verbis sequentibus,alteram acep

rionem

tionem puri addit, cum dicat. Necnon quodlibet aliud nominatur sincerũ, quotiens ipsum per se tantũmodo impermixtum aliena materia est. Et con stat, non esse ampliare priorem aceptionem, quia vinum tantilum dilutum non est impermixtum, nisi ea que sensum fugiunt, vel lis acre ita sint. Dicit ergo Marsilius ꝙ colera pura, a priuatione mixtionis, aliquando est pura a sinceritate qualitatis, vti colera zinaria aut assata Galeni scilicet vitelina. Aliquando absq; ea excellentia qualitatis, est priuata miscella, sicut esset co lera naturalis. Et talis per se leuior est super naturam, ob subtilitatem substã tie, quam mixta pituite. Puritatem autẽ hic reprobatam, & nature infestã, dicet, esse illam, que talis est ob excellentiam qualitatis. Et sic tenendum est purum a puritate qualitatis, etiã pro maiori parte esse impermixtũ. quia sẽ per ex mixcella tẽperatur superbia qualitatis, & sic permixtum, est etiam in purũ vtroq; modo, quã solutionẽ ad sententiã Aui. Sentit gentilis eo loco. & certe mirũ est, quã acriter ibi, ab vgone Marsilius dilanietur, habens pro firmo. Gale. de puro priuatione mixtionis eo cõmento etiã fuisse locutum, cũ credat. Marsiliũ duntaxat sen 1 Ie, ꝙ hoc cotõ fiat mentio de puro a vic toria q̃litatis. nec colera naturalis, q̃ sic purã Marsili⁹ vocat, tal' est. vg. dic' e imo aliquod pituitosi humoris. aut aquosi excremẽti comertiũ habet. Solũ ergo colera pura q̃ a puritate qualitatis potest intelligi, scd̃m Marsiliũ. ta lis non est leuis super naturã. vt ex dictis Gal. eodẽ cotõ & .46. Prio se fallit Vgo, in eo qđ dicit. In eo cõmento non fieri mentionẽ de sincero priuatiõ ne mixtionis, secundũ Marsiliũ, imo ab illo narratio incipit, & de tali since ro generalizat intentionẽ, comodo ergo illud negabitur: & de hoc infra sta tim. Itẽ colera genita in state, & regimine calido, & reliquis circunstãtiis. vt tertiana generetur, talis non dicetur sincera puritate qualitatis, vt Vgo. ꝙ vitellina ac eruginosa proprius tales non dicãtur, & illa prima rationabilius talis, priuatione comerti extranei humoris. Quod vero introducit ex Gal. scilicet colerã, aut citrinã, ẽm literã antiq̃, aut croceã ẽm nouã, scilicet min⁹ flauam ipsa vitellina. Gal. que per asationem fit. & talem comertio pituite aut aquosi excrementi. Et sic contra Marsilium, nõ dari puram priuatonie mixtionis, hoc est precipuum fundamentũ contra vgonem. ꝙ dabitur ali qua colera naturalis puritate priuante mixtionem, & si de frequentiori euẽ tu talis, mixta pituite inueniatur. Ob quod tertiana notha comuniter visi tur in pratica, & tertiana pura, & cum hoc causon a colera vitellina Gale. & inde febris azinaria & prasina. si ab eis dari potest. Ad comendandum ergo absentiam purorũ humorum, scilicet colere crasissime, & pituite, que exu perantia qualitatum oppositarum fiunt, & cum tali victoria, nature infesti ssima erunt, introduxit. ꝙ sit videre in pratica sepe, coleram comertio pi tuite, & pituitam cõmertio colere, a quibus per continuam asationem ad vi telinam assa;, & reliquas puriores potest fieri trãsitus, sẽper magis cõsũpta,

humiditate,tam acquisitia quam naturali. cum omnes humores fluxibiles sint,& id humore actuali est necessum esse. Vocaret ergo vgo coleram puram,leuē super naturam,similí,que naturalis est,que licet mixta sit humori aquoso,nō est valde exicata,nec infesta, vti assata exicatione talis humiditatis,marsilius vero purā, scilicet naturalē priuatione pituite, aut melancolie impedientis resolutionē,& nature leuem, ob celerem resolutionē. Nec talem puritatē damnat Gal.in cōt.possent concordari hi doctores,penes maiorem,aut minorē miscellam illius pituitosi excrementi vt habens aliquam miscellā,pura dici possit,vt vinum exiguā aqua dilutū. & sic non amittit nomen naturalis colere. Secus si copiā pituitosi humoris acumulasset,nam tunc grauis nature,& fundamentum esset ad prolixos morbos. sed si resolutorie queris ab Vgone,quomodo tertiana pura dicitur salutifera, eo ꝙ colera est leuis super naturam. ipse comparat hanc tercianam, ad alios pendentes a colera preter naturali per adustionē,aut naturalis colere, aut aliorū humorum.que colere crassiores sunt in substātia,& inde difficilis resolutionis, accerrime aūt in qualitatibus, & inde infestissime nature. qui doctor nō cōsentit aliquam coleram puram priuatione mixtionis,que tali priuatione dicatur leuis nature, solūm priuatione excelentie qualitatum. Sed in veritate ego non video, quid respōdere possit, secundū cōem vsum nostre schole. de tertiana pura que fit putredine colere naturalis,colacione ad notham tertianā,que ex vitellina atabū,aut citrina fit cōmertio tenuioris,aut crassioris pituite. Non enim tenetur dicere puram esse breuiorem? necessario sic. tunc fiat argumentū quod fit autoritate Gal. in hoc cōt. qui & infra cōt. illius (viride) detestatur valde colerā purā. Quid respōdebit? nisi cum marsilio, solū puram a puritate qualitatis reprobam esse,secus priuatione mixtionis humorum grauium,cohibentiū resolutiones. Ob quod modus marsilii planior est pro hac schola. imponitꝙ etiā in reprobatione marsilio, ipsum negasse purum priuatione mixtionis,esse huius cōti. cum Gal. de illo publicā mētionē faciat. Damus illud vgoni clare,nec est aliud fundamentum marsilii. Marsilius enim ad suum propositum non conducit, nisi ꝙ colera pura,a puritate qualitatis sit intellecta a Gal. vt reprobetur. Non tamen ideo negabit, quod est suū fundamētum similiter dari purum priuatione mixtionis & nō semper cū victoria qualitatis. Sed tu statim cum vgone,Gal. non consentit in colera, illam acceptionem puri,cum infra cōt. allega. viride spumosum,dicat coleram naturalē animisisse serosam humiditatē, cum viridis sit,aut alio modo aducitur. Dic,ꝙ iam fassi sumus coleram habere humorem actualem, & de hoc intelligere. & simul de aliqua miscella pituitosi humoris, que nō aufert talem puritatem,respectu illius que in tercianis nothis visitur. Quod si vlterius ad sententiā textus illucidādam dubites, ergo talis vomitio mixta non est commendanda,

da, quandoquidem morbum difficilis resolutionis protendit. Respondeo ꝙ ratio morbi salubris non consistit, in breui aut prolixa terminatione, & si de per accidés inde conditioné possit variare ex mixta ergo vomitione, colligo, non dominari nature, aliquem humorem superbissimi effectus. quia ex miscella temperátur per viam cause, & id significatur. dacto, ꝙ talis morbus posset esse prolixior ex tali miscella, quã si a puro humore posset procedere. Saltim a colera naturali. & hic solum de signis agimus tutioribus, aut minustutis. Aliqua addit thadeus in p̄senti, de triplici mixtione colere viteline, & citrine, & p̄ vicinitaté, more nr̄e schole. & q̄lis debet esse vomit⁹ color: q̄ exigue frugis sunt, & parū cōsona litere cōti. noue. q̄re &c.

Siuero vomitio fuerit porracea: aut liuida: aut nigra: quicunq; ex his fuerit color malum esse censendum est. GAL.

De liuido ac nigro colore supra diffinitũ iam est. Porracei vero nūc primũ habuit métioné, nō habétis quidé p̄priũ nomé, sed virétis porri appellatiõe, nisi aliqs velit ecõtrario a colore porraceo dictũ eé porrũ, nō a porro porraceũ. In quibusdã enim clara est deductio vocabulorũ, vt cognoscat̄ id q̄d a grãmaticis prototypum noïatur, & q̄d ab eo deductũ est. Quéadmodum de lacteo colore, in aliis vero haud quaq̄ clara est. Dicas eñi licebit nō a phenicé (talis est fructus palme arboris) phenice ũ, sed esse a pheniceo phenica dictũ. Quemadmodũ chranon (talis est aqua maris) nō a ceruleo magis quã ceruleũ ab eo. Itidé ochra & ochron id est croceus color in eandé seriem reponuntur, acrhã vero dixi nō vltima acuta, quo pacto aliquis dicet ochron idest croce ũ adolescenté & ochrã id est chroceã seu pallidã mulieré, sed penultima acuta. Ochra enim genus quoddã terre est cuius potissimũ Attica probatissima est. Hec igitur nūc semel sint a me prescripta, assidue enim in animo habeas oportet studendũ esse noïbus tantũ quantũ ad illustrioré significationé eorũ que dicimus ex illis iuuari possis reliquũ vero tépus superuacuũ existimabis ad studiũ rerũ melioré reponens. At vero gignitur in corpore quemadmodũ crocea bilis per naturã habétibus ita porracea altera preter naturã, constatq; vt hec sepenumero in vétriculo gignatur p̄pter quorundã cruditaté esculétorũ aut olerũ, qualia, beta, cepabrassica sunt, atq; etiã interdũ talibus nequaquã ingestis ratione egrotationis in venis gignitur ac decumbit, aut in ventré superioré, aut inferiorem caloré in corpore indicãs preter naturã atq; excreméti proprietaté talis temperãmento qualis predictorũ olerum succus est. GLOSA.

Post vomitũ magis vtilé iã p̄positũ & enucleatũ, loc⁹ est vituperãdi alias vomiciões puras, malasq; materias corpori dñare indicãtes. & sub triplici colore introducié, scil; porraceo seu viridi, liuido, ac nigro. cõtetus est Gal. dũtaxat de porraceo p̄sequi, quia tractatu de deiectionib⁹ & vrinis visum fuit, quãta sit malicia in colore nigro aut liuido. Quia tñ de vomitu nigro mentio

mentio publica in textu sit, aliquid vtile de eo introducamus. Et in primis ꝙ vomitio nigra non sit multum mala, cum A ui. 13. tert. cap. de vomitu dicat. ipsam minus malã vomitione sanguinea. que tamen aliquãdo vtilis est. Notandũ vomitum nigrũ aut ad obscuritatem inclinari, & fit cõiter a melancolia naturali, quã sanguinis fecem appellam⁹, seu a sangnine tãtisper cõgelato. estq; alter lucidior, qui fit ex adustiõe melãcolie naturalis, aut colere. si contẽplaris carbones, eos lucidos videbis. qualiter aũt hãc preter naturalẽ melancoliã, feci vini cõparamus, cum naturali, id fit propriũ, quia fex sanguinis est. In alio loco dicet. sat est ꝙ colore, feci vini similatur ipsa preter naturalis, residentia vero, ipsa naturalis, ei magis ꝓpinquat. Nũc dico vomitionem nigrã vergentem ad luciditatẽ, maxime damnari; primam vero non sic. Immo forsam mitior est sanguinea. saltim collatione ad mẽbra vnde prodeunt, nã lien est basis vomitionis fecalis, iecur sanguinee, scis autem quã disparis dignitatis sint. & alias solutiões habet ille textus Aui. quas per te vide. De porraceo vero notandũ est. ex sentẽtia A ui. & aliorũ. ꝙ si viriditas ad obscurũ vergit, talẽ a frigido dominante induci, & ad lucidum peruenitur. Et tales apud eũ autorem, indum azurinũ vocari. si utq; talis simul cũ porracea ex esu aliquorum olerũ, que exuere natura minime valet suo colore. Ob quod non pudeat interrogare, si eorũ esculentorũ precessit vsus. Sic enim nullius timoris erit vomitus talis. cũ vero talis aut erugiinosus, vitio interno appareat, tante nequitie sunt index, quãte colera prasina & eruginosa, quas ostẽdit ea vomitio, & eruginosa magis. Vnde Aui. loco dicto. Damnatis indo & azurino. de porraceo & eo qui est vt flos eris subdit. ꝙ sunt valde mali. & cõiter in apostemate iecinoris visitur. & quãto initio morbi proximior, tanto nequior. quia incendiũ immẽsum protẽdit, quo talis humor gignitur, aut de nouo, aut ex alio humore ad id promptissimo. Sed quo loco sic nequam humor procreetur, bonũ est aperiamus. ex Gal. presenti cõt. Ventriculo & venis. & si in epate raro inueniatur, quin ex templo ad ventriculũ expellatur, ob dignitatem mẽbri. qualiter aũt in ventriculo generetur, & si tũc equiuoce colera dicatur, & si inde auerois saluus maneat. 3. coliget, vide gentilem doc. de humoribus. 1. primi. quare &c.

¶ Si idem homo oẽs vomit colores: exitiale admodũ est. GAL.

Siue de predictis coloribus porraceo, liuido, nigro, sit proditũ verbum omnes, siue etiã de aliis cum ipsis quicunq; preter naturam habentur colores, vtrouis modo exitiosissimum est, indicantibus in corpore multas haberi difficiles affectiones. GLOSA.

In illo laudabili vomitu supra cõmendato, sic erant illi humores commixti, ꝙ forsam potius vnicum representaret colorem, quam varios. aũt si plures, non sic viciosorũ sucorũ, vt inde timeret infirmo. Potissime cum tali miscela se temperarent. Sed in presenti textu, cum immediate, vomitiones

riones damnasset, nigram, porraceam, liuidam & simillia. Iure optimo magis rimendum est, si vomitio omniũ precedentium fuerit colorum. Cum materia diuersa significetur, & rãte nequitie, vt nulla pacificatio sit eorum comertio. Si ergo vni colori talium timebamus, quid si omnes concurrãt? Ergo siue simul euomat hos colores, aut successiue. siue alios quoscũq; preter naturales, timendũ est. ac plus mirandum naturam, ipsos pernecantes humores tolerasse, quam non succumbere statim, ipsis visis. Sed sane, natura dum potest, multa tolerat, sic ꝙ venenum non infra illud ferarum, abscõdat nobis sanis. 6. de locis affectis. Ergo si tales appareãt, nõ porerit nisi mostruose a ralibus cauere. vnde quando gentilis. 13. cap. de vomitu. Distinxit de vomitu diuerso cretice, aut sinpthomatice expulso, vt saluus sit; nene. necessario alius erit, a diuerso huius textus. Tantã enim nequitiam, durum esset ad diem creticam supportare. cuius inditium est. ꝙ ab Auiceo loco hic ralis variis, censetur deterior nigro. Et licet gentilis. duntaxat de nigro fecali (de quo nos supra) intelligar, ego crederẽ de nigro etiã pessimo. quia varius inimscis narurã certare ostenditur, & non inferioris malicie ad humorẽ nigrum. Er dacto ꝙ fel nigrũ, sursum aut deorsum exiẽs, letale sit, saltim in inirio. 4. apho. adhuc potest, incrementum esse malicie, in celeriori obiru. Ob qđ bene antiqua litera huius textus, nõ solũ predicat talem vomitionem variã, letalem, verũ & infirmũ esse morti cõtiguũ, cum talia apparent. Relique aũt vomitiones etiã varie, que suspecte essent, credim⁹, sinr indo & azurino colore, flauo, rubro, & similib⁹ stipate. quare &c.

¶ Vomtio liuida si graue olet: ocyssimã indicat abolitionẽ. GAL.
Talis enim vomitio putredinem indicat cum extinctione si que, supra diximus, in animum reuocentnr.

GLOSA.

Aliquali consideratione eget hec litera, presertim noue traductionis, cum odorem summe fetidum, vomitioni liuide immiscuit. Nam si superius dicta in animũ reuocamus, vr Gal. monet. Talis liuidus color frigiditudini consonus est, & caloris naturalis extinctioni. Que vero frigida, longinqua a fetore, priuata euaporatione. Ob qđ de vomitione viridi, vt antiqua litera aiebat, iustius est sentire, que calorẽ exuperãtem indicabat. vbi putridus vapor & fetor facile concitabitur. nisi esset, ꝙ pessime putredines scpe inneniuntur sub lento calore, vti de febribus pestilentialibus singulariter Gal. 9. de simplicibus cap. de terra samia in fine. aut dacto ꝙ ab excessiuo colore initiẽtur, per exrinctionem nariui, colorem liuidũ possunt representare. Etiam sit vestigium vtriusq;, simnl preter naturalis fetore, naturalis extincti, liuore. Quid igitur ex tanra putredine, cum calore naturali sic exiguo, expectari poterir? Sane nihil, preter mortẽ. cum vix calor integer naturalis, rante non possit obsistere putrefactioni. idem de hoc vomitu Gal. 3. de morb. vulg. cõmentario. 2. in fine, quare &c.

Omnis

Omnis ſubputris ac fetid⁹ odor in oı̃ vomitiõe malus eſt. GAL.

Conſtat enim vt quauis affectione permiſceatur putredo ea ipſa deterior euadat.

GLOSA.

Vomitus naturaliter non eſt obnoxius fetori, ideo ſi ipſo omnino priuetur, non eſt taxandus. Sicut deiectio aut vrina. ſemper tamen vituperandum, ſi putrido odori vomitio iungatur, quia veſtigiũ putredinis oſtenditur. Quia tamẽ ſub aliis coloribus aliuido, poteſt ſentiri talis fetor, inde eſt ꝙ temperauit ſententiam. per verbum malum. cum ſuperiori textu. ſubitam mortem ſignificare dixerit. Scis enim ꝙ verbum malum, in ſignis malis primum gradum obtinet. 1. de criſi. Etiam locutus eſt per verbum malum. quia odor poteſt ineſſe parti, & nõ toto & repreſentare totã rem putridam. Si igitur ex colore, modo ſubſtantie, & aliis, vomitus non vituperet̃, ſat eſt malo odore, malũ ſignificare, & ſi exitialis nõ ſit. quare &c.

De ſcreatione. caput. viii.

Screatio in omni dolore q̃ affligat circa pulmonẽ ⁊ coſtas cito prõpteq; ſcreetur neceſſe eſt. GAL.

VERBVM cito ſignificat inter initia egrotationis prompte vero pro eo quod eſt facile ac propenſe dictũ eſt, id vero ſignificar cito ac ſine dolore vacuari ſcreationẽ. Fieri enim cito aliquid intelligimus bifariam, tum vt omnis principium morbi, tum etiam vt tempus adiunctum functioni ſignificetur. Prompta enim ſcreationis vacuatio ideſt propenſa, ac facilis eſt, quotiens nec vehemens in thorace dolor infeſtet (hic enim interpellat ſiſtitq; in medio prius q̃ abſoluatur naſcentem adhuc thoracis functionem) nec vires deſinit, he enim accumbunt in media functione, ita vt inchoatum in abſolutumq; officium reſtet. Quinetiam ipſa ſcreatio ſi vehementer fuerit glutinoſa oblita tenacius membris excurrenſq; ſepenumero ſubſiſtit fiſtulis agglutina pulmonis. Quomodo ſi fuerir admodum craſſa difficulter excurrit, ac longiore temporis tractu male affici cogit, atq; etiam ſtipatut in quibuſdã itineribus anguſtiis & ob eam rẽ nonnullis ſtrangulari cõtingit. Ceterũ ea ipſa materia ſi admodũ tenuis & aquoſa eſt, vix ſereat̃, vt q̃ circiter in pulmone circunfluat, hec enĩ prima cauſa vacuationis eſt, quã etiam continuam nominant. Duplex enim prima cauſa eſt (quemadmodum dictum eſt, dum ageretur de cauſis) tum materie vitium, tum etiam id quod initium habeat motionis. Itaq; motionis initium ex facultate mouente thoracem in tuſſientibus eſt. Id enim libro de cauſis accidentium definitum iam eſt. Violenta vero contractio eius facit vt ſpiritus feratur foras vehementer, huius vero vehementie refert ſecum materiam conditam in fiſtulis pulmonis, que quidem aſpere arterie ſunt. Quotiens ergo thorax valide ſuo fungatur officio & humor in fiſtulis pulmonis conditus modice craſſus ſit, facile ſcreatur. Si vero neutrum exiſtat, difficile egreq;

Quod si ex predictis causis altera fit, altera desit vacuatio, inter optimam ac deterrimam media accidet,& vt in totum dicatur prout magis ac minus causę intenduntur aut exsoluuntur eorum quidam facilius,quidam difficilius expuunt. Quid igitur sit prompte excreare perspicue pariter ac vere perpensum iam est. Si igitur id est verum, quemadmodum est, verum quoq; erit vt cito excreetur. Non enim adiunctum ipsi tussedini tempus, sed primũ morbi tempus significat, de quo per sententias dixit in morbo costali si screatio statim inter initia extitit breuem egritudinem fore osten dit,vt si quis de tempore functionis intelligat esse cito dictum,quod quidem docui in verbo prompte contineri peccabit bifariam principio vt tem pus ab eo sit bis considerate proditum omittatur vim alioquim obtinens maximam. Ceterum vt non ob hec solum, sed etiam propter ea que sunt proxime dicenda.Ita intelligi conueniat dum eam ipsam enarrabimus dictionem ostendetur.

GLOSA.

Incauitate thoracis cum plurima sint membra, ipsumq; cor apostemari non possit, sic vt ipsius ꝓcurationi intendat medicus, reliqua membra, apostema posse pati,non est qui ambigat. Vt pulmonem,costarum membranas, mediastinum, ac septum transuersum, que membra licet omni apostemati sint obnoxia, pulmo calidis& frigidis promptus est, cetera promptius calidis. Videndum cõt. illius accidum eructantes, nec obstat membranas esse frigida membra,& sic ad frigidos morbos esse promptiora, illa enim configuratio potius compositioni ipsorum respondet,quam crasi. Quia enim sunt solide compaginis, non sinunt se penetrare,nisi a calidissimis, subtilissimisq; humoribus. Magnaq; habenda est solertia in cognoscendis talibus passionibus, ne differas ad cognocendum. 6. apho. Notandumq; vlterius,vt sumitur de mente Gal. in cõt. illius paroxismos & hic,& mile locis,ꝙ ab omni apastemate iusta conditionem sue cutis ema nat icor, seu erugo,hoc est pars aliqua subtilior illius humoris, quo aposte ma fit. quod non est exiguum fundamentum prohibendi frigidam,in apo stematibus pelicularum,ac inspirationem summe frigidam. Quicquid sit de discrasia febrili. Quod igitur sic resudat, aut plus emanat tempore succedente, necessum est ipsum pulmonem, qui sui dilatatione partes pectoris consequitur, imbibere, sui raritate, ac tandem intra se recipere, & per tusim, per viam publicam aspere arterie expellere. Hoc enim membrum internam & externam cauitatẽ habet.4. primi cap. 1. Hoc vero per tusim, cui ministrat aer egrediens & congrediens. Cum tusis,nihil aliud sit quam motus harũ partiũ a virtute factus,a re ledẽte incoactus,vt ipsam expellat 5. de morbo & simptomate.qđ igit̃ sensibile sic expellit̃, screat⁹ aut sputum dicit̃. Ex quo litera p̃sens,ad dolores materiales apostemosos est referẽda. Nam in passionibus absq; humore, aut citra has sedes. põt esse tusis absq;

screatu,

screatu. Idem in materialibus, si sit materia cruda. Ob quod videbis, quam intime Gal. 1. de crisi loquatur: cum signa pleuresis introduxit, de tussi inuit, statum dispositionis significare, cum sica aut humida est, non ipsam dispositionem, aut particulam affectam. Aui. autem prima. 4. inde signis febriū apostematum, tussim ipsam inter signa membri affecti posuit. Ineo quod dixit autor, dolet circa pulmonem, datur intelligi, in presentiarum non intelligi ipsum pulmonem affectum esse. Quicquid sit de ancipiti in dicto auerois, circa dolorem ipsius. Nam refert multum dicere circa tale membrum aut in tali membro ex Gal. in. 4. apho. cōt. 70. Nec ille considerationes facilis, aut dificilis expulsionis, ex fistulis pulmonis de quibus Gal. in cot. presenti. cogunt nos sentire, pulmonem ipsum priuatim affectum: quia totum illud, ad humorem venientem aliunde, potest acomodari. Sentit ergo textus noster, necessum esse, pro predicenda incolumitate in his apostematibus, screatum ipsum subito prompte exire. Sed pro aperienda magis huius textus materia, vnum vtile queramus, quare Hip. in principio tractatus vrinarum, ac deiectionum, vtriusq; laudabilem introduxit, quam in egris imitaremur. Tantum enim vicli signa habent, quantum a naturali conditione elongantur in materia autem ista screatus, non introduxit aliquem, quem imitaremur, aut in cuius recessu, vituperium esset distantibus. Respondemus bifariam. Primo φ deiectio & vrina in sanis habent certam formam, quam imitari in egris laudis est, non est autem in sanis horum membrorū destinata superfluitas, & si quā est, saliua est, que adhuc opere lingue completur, quam saliuosam dispositionem, si superfluitates egrorum ex his membris exeuntes, imitarentur, non laudi, sed vituperio esset, quia ex eo immature censeretur, aut melius. vt supra, laudabilior deiectio, & vrina introducta est in egris, que parum distabat ab illis, que perfecta valitudine videbantur. Et ita in presenti introducitur screatus ac textibus sequentibus, sub maxima vicinitate ad superfluitatem que in sanis corporibus ex his mēbris expellitur. ex aliquo supe fluo debite passo in pulmone aut pectore, vt summo mane consueuere homines, aliquem expellere. tussi parua, ad quam etiam quādoq; voluntarie cōmoueutur. Nam hoc verbū screatus, cū absolute profert, intelligitur de optime cōdicionato. Nam vbi est humoris alicuius victoria, non potest iuste screatus dici. Primo de crisi, sed sputum. vnde rectior noua litera. que per verbum screatus loquitur. Vnde Gal. eo loco. screatus vero cū est similis screatui sanorum exquisite, tunc predicta instrumenta anhelicus sunt sana. Quod totū refert ad dispositionē sanam. Ac si clarius dixisset, & egrotantibus, in his sedibus, est horum membrorū melior dispositio, cum screatus inde exiens, propinquat screatui sanorum. Puta quī albus sit & planus exacte. Ob quod Aui. de sputo pleureticorum, laudabile

bile, est planum & equale. Notandũ vlterius in predictis passionibus pectoralibus, & si signa plura veniant consideranda, in aliarum superfluitatum conditione. Tota vis est in screatu. Vnde ipso iniquo, non sit spes in aliis, etiam bonis, & ipso optimo, aliorum malitia postponitur. Et si laudabile sit, etiam vrinam videre laudabilem. Cum passio sit extra venas, totum videndum ptimo de crisi, ideo de screatu sermo & nõ de aliis superfluis. Talis igitur superfluitas, & si pluribus conditionibus veniat laudanda, in presenti textu a duabus potissimis incipit, scilicet per verbum cito. Et per verbũ prompte. Et licet verbum (cito) in vna significatione, puta pro breuitate temporis mensurante exitum superfluitaris, videatur cõicidere cum verbo prompte, in presenti tamẽ, verbum cito, idem sonat, ꝙ mox a principio. Quod. 1. apho. in textu paroximos passionem indicate breuem assetuit Hip. puta si in die. 1. aut. 2. que antecedit secundum paroximum videatur. Sic verbũ cito, exponitur primo de crisi. Cuius tamen verbi explicationem circunstant duo notabilia dubia. Primum ꝙ talis velocitas non erit laudanda, immo satis condemnãda, quandoquidem Gal. eodem loco. Autoritate Hip. innuat, res quibus crisis fit ad meliorem dispositionem, non oportet appareant subito hoc est mox a principio. Sicut Gal. in expositione verbi subito. Respondendum est, ea quibus crisis fit, multiplicia esse, aliqua inditia crisis, et ipsius pars. Aliqua duntaxat signa, alia vero sunt signa coctionis. Dictũ igitur Hip. intelligitur de signis crisis, quia ipsis apparentibus, crisis succedit, que absq; coctione vituperabilis est. coctio autem negatur, mox a principio. Expultrix autẽ nunquam ad actum cõsurgit, nisi preeunte coctione, ex ordine virtutum, si opus exactũ habeat esse. ergo a principio mox, reputabit sinthomatica. Signa autem coctionis quocunq; tempore videantur, laudabile est. & nõ necessario obligãt ad crisim, quia morb⁹ paulatine põt cõsumi. potissime ꝙ pleuresis, nõ seruat materiam ad vnicã creticam expulsionem, & ideo iudicatio talis est paulatina, & ideo vacuari aliquid mox a princpio, non est vi siptomatis. Maxime si coctio ipsa, etiã festinanter procedat, vt iam ob subtilitatem materie, aut virtutis potentiam, aut ꝙ alias humor passus esset alterationẽ, visa sunt signa coctionis mox a principio. prima. 4. cap. de temporibus febriũ. Quid ergo vetat pleuresi taliter conditionata, mox a principio laudabilem expulsionẽ videre? Secũdum dubium est, qualiter illud sputum sit coctũ, sic cito expulsum, potissime cũ non exprimãtur conditiones, ex substantia, aut colore, que illud indicent, respõdeo ꝙ ex his cõditionibus, ipsum esse coctum colligitur. Nam prompte expelli, idem est, ꝙ absq; difficultate, & breui ictu. Sed id q̃liter possibile erit absq; debita substantia? nã crassa superfluitas, adeo ꝙ admodũ subtilis resistunt expulsioni. Hic obiter, se intromittũt recentiores quippiam, nescio quanti mo-

nenti, responsuri huic cot. de difficili expulsione subtilissimarũ materierum. Cum apud ipsos, omnis humor subtilis, sit aptus expulsioni. Et distat apud eos, humorem esse coctum, & expulsioni aptum. Dicunt enim esse subtilẽ humorem, promptissimum expulsioni, minime autẽ coctum. Excipiunt autẽ a regula sua, nisi infarcitus sit humor in mẽbro. Vti in presenti, qui tante superbie sunt, vt non deceat hominẽ grauem, ipsorũ meminisse. hic ergo, si obediẽs est supfluitas facili expulsioni, ex verbo prõpte. cocta est ea superfluitas. Igitur cũ prõpte, posset expelli post multos dies, cito autẽ, vi simptomatis, equum fuit ambabus conditionibus muniri. Vt celerem coctionem, & regularem naturam expultricem crederemus. Cito namq;, sed non prompte, cum vrget acris superfluitas. Prompte inquam, post morosam coctionẽ, sed non cito. Nam si prõpte, nec dolor vrget, quo intercipiat opus. Nec febris intẽsio, qua tenax reddatur sputũ. Videndũ primo de ratione victus. ac. 6. apho. & quia sputũ rubrum, mox a principio põt videri, prompteq; expelli, ob mediocrẽ substantiã isti9 humoris, q̃ tñ ita exiens, nõ habet oẽs laudes, ideo ipsas cõplebit textu sequẽti. quare &c.

¶ Permixta appareat flaua bilis admodũ screatione op3. GAL.

Verbum admodũ non permixtam, sed de flaua bile afferendũ est, velut si in hunc modum dictum sit appareat flaua bilis permixtam admodum screatione oportet. Verbũ admodum id potest q̃ nimiũ & maxime valet; Itaq; paulo ante dixit. Vomitio vtilissima est, si pituita ac bile permixta maxime est. Nũc vero in screatione vocula admodũ adiecit. Ceterũ q̃ recte enarrauerim9 sequẽtẽ inaudiẽs dictionẽ discas licebit. GLOSA:

Cũ antiqua litera, sub rubeũ habeat, loco flaue bilis, que rectius habeat, dandũ est. Nam licet paniculi hi affecti, a billosis humoribus perforentur, cot. illius. Accidũ euitantes, nec minus in pleuresi rubrũ sputũ videri potest 2. de diff. febri de periodicatione, que per tertiũ. Adhuc rubra spuentibus, sic & 1. de crisi. in signis ostendentibus qualitatẽ humoris contenti in apostemate per colorẽ rubrũ, & reliquos. Pulmoq; etiã, si huic tractatui pertinet, ob sui raritatẽ raro ocupatur ab herisipila, frequentius ab inflamatione. Ob qđ verbum sub rubeũ, videtur congruentius. Ego vtrunq; legerẽ. Animaduertens, ipsum Hip. non tantũ intẽdere, ex hac superfluitate, colligere conditionem humoris peccantis, quantum optimam sputi conditionẽ. Vt sit humor expulsus, admodũ, hoc est maxime mixtus screationi, vti in tractat de vomitu. talẽ perfectam mixtionẽ comendauit. Quod indicat, humores minime superbire, nec adeo perturbare naturam, vt eos non valeat cõmiscere. Particula enim ad modum, flaue bili non iungitur, quia sic puritatem, & victoriam qualitatis ostenderet. Quod supra damnatum est. Ita q̃ dicamus, addere in presenti, conditionẽ tertiã ad screatũ laudabilem, scilicet esse valde permixtum humorẽ, saliue, que oia in se-

quenti textu magis enucleabunt͂, cũ oppositas conditiones pertractauerimus, quare &c.

¶ Si eñi multo post ab initio doloris screat flaua: aut candida: aut ruffa aut multã inferẽs tussim: aut nõ admodũ pmixta: deterior est. GAL.

In hac pollicitus sunt dictione ostẽdere vtrasq; enarrationes antea proditas veras esse, tũ verbi cito, tũ ẽt verbi admodũ intellectũ. Hip. eni se ad cõtraria cõferens quẽadmodũ; consueuit cito opposuit illud, Si. n. multo post ab initio doloris screat, ei vero qd ẽ admodũ pmixta opposuit nõ admodũ pmixta, & itẽ ei qd est prõpte excreat illud multã inferens tussi. Quotiens. n. materia sine dolore citoq; vacuat͂ tussi incertiore opus est, antea ei dictũ iã est salubrius esse pmisceri materias vacuatas quodãmõ inter se nec qcq̃ excerni exquisite sincerum, & itẽ dictum ẽ vt oporteat cito existere i costrali screatione in cõmentariis de iudicatioibus, atq; ẽt libro sniarum. GLO.

ALiquid addit hec litera noua, ad priorẽ. scilicet voculã candidã, addit ẽt ad precedentẽ textum, rufum colorẽ. qui obscurior est flauo. pri. de crisi. & inde victoriã sanguis magis indicat flauo. p quos oẽs colores, vt non decipiatur medic⁹. In presentiarũ vult Hip. aliquid de cõditionibus sputi, quo ad colores dicere, laudis, aut vituperi. Solum intẽdit, penes oppositas diff. ad tres iã dictas, taxare ipsum screatũ. sic Gal. in cõt. vt dicat. Sputum cuiuscũq; coloris sit. si nõ stati ab initio morbi, qd opponit͂ verbo cito. prioris text⁹. & multa & vehementi tussi expellatur, qd opponit͂ verbo prõpte: aut cuiuscunq; coloris sit, si non sit v'de ille color pmixtus saliue. v'de malũ est tale sputũ. Vnde verbum text⁹ in calce. s. deterior. nõ cõparatiuum ẽ, sed positiuũ. cum nõ p̃cessit sputum neq̃, cui cõparet͂, nisi fingas, cõparari sputo, priuato vna aut altera cõditõne tm̃. Solum ergo p declaratiõe textus, ẽ dilucidãdum, qd nã luchretur p hanc maximã, aut nullã mixtionẽ humoris. q expellit͂, cum saliua, seu nr̃i supfluitate eoru; mẽbrorũ. nã hipostasim potius landamus p sepationẽ a liquore, & q alba sit. De victo humore per actionẽq; nãe albificato. Sic i textu paroxismos. de cita manifestatiõe sputi fit mẽtio, sic de colore, q purulẽtum sit, nõ tñ de tali exacta aut truncata mixtiõe, sed in veritate, nihil intimius coctiõi, q̃ mixtio ipsa, ex Auerol. in pricipio. 2. colliget. qua lenitas in sbã acqritur, q̃ si cõtinuatur, & nõ itercipitur, nã albedinẽ, & reliq̃s dotes i totã masã manifestat, secus si humoru; acredinc porritat͂ natura, vt inde suas pãdant q̃litates. ideo i. 1. apho. Purulẽtu; debet esse sputum, hoc est perfecte mixtum ex rubeo. & albo. vinci nãq; humorem peccantem a natura ipsa, est fundamentum salutis. ex aliis enim signis, non sic exacte colligitur salus. Sic & sedimentum ex tali perfecta mixtione non intercepta, albedinem acquisiuit. & a liquore distincto. sequestratur per incrasationem, & consũptionem spititus flatuosi. quare &c.

¶ Screatio flaua: si sincera est: cum periculo est. Candida vero genitosa

ac rotunda inutilis est. GAL.

Non aliud nunc dixit q̃ antea dictū iam est. Si n. screatio nequaq̃ ꝑmixta est sincera est, ac redditur flaua ꝓpter flaua sed bilē, Candida vero glutinosa, ac rotunda ꝓpter assatam pituitam. Sepe. n. diffinitam iam est, vt; decūbentes mēbris quibusdā fluctiones inflāmationē, sacrū ignē, tumorē, duritiem, cancrū cōmittentes pro discrimine exuperantiū humorū indulgentiores ac maleficātiores euadant. Sanguinee. n. ac pituitose modestiores habentur. Que vero flaua, aut atra bile consistunt egrotationes difficiliores censentur. Alterutra. n. derodit corpus idq; cōmune illis est. Propriū vero vtriusq; flaue q̄dem bilis vt acutas accedant febres atre vero vt soluta difficilē cōmittat affectionē. Humor. n. vtpote crassus terrenusq; adeo infarcit mēbra quibus cōditus est vt difficilius excernatur, GLOSA.

Adeo cōmēdauit humorū comixtionē seu vomitu aut screatu, excernatur, vt in taliū confirmationē, incipiat dānate sputa, q̃ sincera vocare solemus. q preter naturalia dici possunt. Proponitq; in primis, colericū valde incensū. deīde albū; qđ dominiū humoris pituitosi repṫesētat, deīde de viridi nigroq;, iuxta sinceritatē humorum peccātium in ap̄āte. nā. 2. de crisi inter signa q̃ speciē humoris inclusi in sede affecta ostendunt, numerat ipsius sputi color. Alii addunt febris tenorē, & locū doloris. sed nō curo. Et q̄z oēs sinceros humores, damnat Gal. dēpto sanguīe, quē natura finit putū augeri absq; molestia, ob sui tēperaturā. Sic ꝙ pletora ipso solo detur. ꝑtimo decē tractatū, & si frequētius ex oī succo, inde est ꝙ taxatis puris sputis, a rubeo, nō inchoauit, q̄z inter laudabiles screatus locū habet. De quo postea, q̄z ex rōne mēbri poterit cōmēdari. Ad qđ ꝓpositū Gal. 6. epidimiarū in fine cōmētarii. 3. īpedimēta incruēta spuētib⁹ tp̄s anni. morbus lateralis, vbi sentit. morbū lateralē q incipit a screatione sanguinolēta leuē esse & nō esse necessū floboth. quā expōnē vide & cōtēplare q̄z obscura ē. ne taxes q̃ dixim⁹, ex snia Aui. cap. 8. de pleuresi. vbi ait & deterius eo est rubeū purū & citrinū igneum. Nā verbū deterius rn̄det īmediate dictis, vbi proposito sputo laudabilissimo, deinde propinquius eo, est semirubeū. & semi citrinum nunc sequit̄ litera citata. & deterius semi rubeo, est rubeum purū, & semi citrino, citrinū igneū. Quia hec magis nudā qualitatē humorū representat vincentē. quātum aūt colere victoria timēda sit, patet ex his ac libro febriū. cuȝ dicat huius humoris acuitatē, nec medici ignorantiā, nec infirmi stulticiaȝ tolerare. nec minus sputum pure rubrum sic cōmēdamus, ꝙ satis nō sit suspectū. vt infra. Nec negamus ex sanguine pessimos morbos festinātiaq; discrimina succedere. sat sit ꝙ merito qualitatum oīm humorū, ordo est qui sequitur a Gal. expressus. in cōmenro. vbi morbos pituitosos, sanguineosq; reputat indulgētiores. infestos autē ab vtraq; bile. & de nigra preter naturali intelligit, nam naturalis & si diutinos pariat, ob sui difficilē resolutionē, so

otiat̄

la preter naturali, acris est. & acrior ipsa bile, max ime si ex ipsius adustione oriatur. videndū .3. de facultatibus naturalibus & doc de humoribus cādida autē screatio reproba. est. Nā sicut in materia de vrinis. albus color eget plu ribus conditionibus vt cōmendari possit, sic, hec screatio. Nam si victoria coctionis alba esset, nō inquam tali modo substātię iungeret. cū natura pri mo intendat ad substantiā, quam ad colorē. S i ergo summe crassa tenax q̧ offertur, inditiū est, 3 victoria pituite talē esse. Talis enim est ille humor. Ob q̄d A ui. cap. de sputo pleureticorū ait. & ex malis valde, est albū visco sum. Presertim si rotundum sit. ita q̧ tale, peius sit screatu spumoso. Nam denotatur, humorē nō esse sic tenacē, quā do quidē admittat aeris societatē, qui sic glutinosus humor, adeo expulsioni resistit, vt in euulsione sui, partes dilaniet pulmonis. vti modū vnū difficultatis intestinorū damus, ex euul sione tenacis pituite. De quo sputo dixit Gal. 3. de crisi. q̧ significat humo rem immaturū in pectore habundare, presertim si insipidum sit. q̧ si visco sum crassum fuerit ac insipidū, inditium est flegmatis vitrei. A c sic ex aliis saporibus, inditiisq̧, super aliis speciebꝰ eius suspicandū. Sed lōgique pos sibilitatis est, vt omni specie pituite afficiant ille sedes. Et si illis pulmo ob noxior sit. glutinosam aūt reddi hanc screatonē, quadam assatione fit, hoc, est victoria calidi cōtinuata, quo partes aquee oino consumunt. vti liquo ribus mos est, cum igni diu adsistūt. Sed q̧ caliditas sputū tenax faciat, pul chre depictum est per Hip. in. 1. de ratione victus textu. 39. cū dicat, sputi tenacitatem reddere anhelitū crebrum, viā coartādo, vt natura spissitudine subueniat, in eo q̄d deficit a magna inspiratione. Deinde addit & facit ad propositū. q̧ frequētia anhelitus, iterū reddit tenatius sputum. quia calor prohibitus libere euentari intēditur, & consumit partes aqueas. & ad gluti nositatē conducit. Q uod est liquido videre in pituitosis febribus, vbi tāta est circa os, & linguā viscositas, vt vix abstergi possit. Sed que ratio sit ro tunde figure in sputo sic glutinoso, que itcm ratio vituperii. in tali figura, cum oium exactissima sit, apud linearū peritos. Itē q̧ A ui. cap. ppio inuit, rotundū melius est nō rotūdo. Sed Hip. oppositū voluit, & in. 6. epidimia rum. cōmētario. 3. in textu. rotunda sputa de liriū significāt. q̄d R asius. 4. cō tinentis. vbi, tale rotundū significat alienationē, quando causa in rotūditate est crasities, viscositasq̧ humoris, & ipsius coadunatio. & ipsam scilicet ro tunditatē agit, superhabūdans caliditas in talibus locis. in qua autoritate R asi, habes significatū talis sputi, necnō rotunditatis causam. Scilicet ad herentiā partis ad partē ex calore, ac ex via, qua expellit. q̧ rotūda sit, ipsius tenet figurā. & de tali sputo. Iterū illi autores dixere, q̧ si mētis perturbatio non appareat, morbi prolixitatē, & transitū ad ptisim & ethicam pronūtiat. Q uanquā A ui. mitius de eo protulit, & ita gentilis sup dicto A ui. citato. inuit, duplicē inueniri literā. alteram nō rotundū, melius est rotundo, & est

proposito textus huius cōsona magis. Sed cū in litera castigata iacet, vt diximus. Respōdemus. quasi vellet, nō esse precipuā rationem vituperādi sputa, ipsam figurā, quia aliqd rotundū, sic cōstans p viā coctionis, poterit fluido nō rotundo melius esse. qd verisimile est. cū addat statim, & rotundum qd est malū, tunc grossam materiam cum dominio calliditatis significat, & morbi diuturnitatem, & vt priores inuebant patres. potissime si mali odoris, aut saporis sit. quare &c.

¶ Si viridis & spumās admodū est, mala est. GAL.

Sepenumero dictū iam est vt colorē (id enim vertimus viridis) de croceo dicere solitus sit, & itē de eo qd a nōnullis vocat rubiginosus. Ceterū vtrauis harū si summe fuerit talis difficilis sit nō isup necesse habeo docere, cū antea de quouis sincero humore tradiderim. Preter em sanguinē quiuis alius humor si sincerus fuerit prauā indicat affectionē flāmido calore obtinēs generationē. Flauus inquā vbi serosus humor ipse assatur, quo pmixto croceus apparet rubiginosus vero vbi is ipse vehemēter assat. Niger vero aut quotiēs is ipse vehemēter assatur, q̄ sane deterrima & q maxime derodēs atra bilis existit, aut vbi crassus sanguis similliter exicet, aut rōne extinctionis & refrigerationis. Sed hec semp in animo seruāda sunt, atq existimādū subinde ea pcepta de eisdē reb⁹ intelligi oportere. Ceterū spumās screatio (id em in calce dictionis est proditū) ex aerea ac pituitosa substātia pariter pmixta est. Et his enim qlibet spuma cōsistit, in mari quidē ex violento vētorū afflatu multas & exiguas partes attrita aqua, in polētis vero pre copia caliditatis. At vero pmiscuū in vtrisq cēset gigni bullulas multas & exiguas solutu difficiles potissimū quotiēs ambo cōcurrant, tum aer turbulentus ac nebulosus, tum etiā humor quodāmodo crassus ac glutinosus nā tenuis humor qualis exquisita aqua habet quotiens aerē cōprehēdit mūdum nō diutius cōtinet, sed statim resciſſis bullulis in propriā remeare sedē permittit, & ob eā rē spuma in mari celeriter soluit. Crassus vero glutinosusq humor quotiēs, vt dixi, turbulentā ac nebulosam substantiā intra se clauserit plurimū detinet tpis, eo q nec illa sursum versus festinet queadmodū mundus aer, & quia ipse difficulter rescindit, vt enim gignatur bullule ex humida substātia includēte intra se aerē, pari modo soluunt ppterea q humida substātia rescindat. Facile ergo rescindunt quotiens spūs tenuis sursum versus feratur, nō rescinditur vero quotiēs neq tenuis fuerit, neq sursum versus feratur, talis est aer nebulosus, vt q nec cōuolet in sublime, neq tenuis; sed p quā humidus sit, ita vt fere queat humorē sibi circumextenū. Ita fit vt quotiēs elixat aqua nō difficile soluat bullula. Sed quotiens aut crassus aut opimus humor est ex quo genitus spūs flatuosus vaporosusq est, atq etiā summotenus in libere humor oleaceus pinguis, ac glutinosus est. Ita igitur in corporibus animaliū spuma gignat oportet, nō

enim vehemētiores flatuū, quemadmodū in mari ꝓcellas existimari cōuenit, sed ignis calorē cōsumentē pariter ac spiritū efficientē flatuosum tantū non oculis ipsis in multis licet infirmis tueri. Sed hec abunde sint nobis ꝓdita; ipse vero seruabis in animo quo nā modo gignat spumās, siue screatio siue deiectio, siue vrina. In his enim interdū fluitat lampe argumēto splēdoris, ne pterea desideres rursus de his ipis aliqd inaudire. GLOSA.

Si gradus viriditatis ponderat, nō iungitur multū propie screatui spumoso. quia spumosum, immediate ad rubeū declinās, aut ad citrinū, adiecit Aui. Viride aūt finitimū est nigro, qd omnium est pessimū, quia tamē de candido glutinoso mentionē fecerat, cui spumosum, valde propinquum est, de nigro aūt, textu sequenti, ideo hoc medio loco, viride & spumosum copulauit. De quorū causis, & pnosticis, adeo fuse Gal. in pñti cōmēto, vt pauca addere sit necesse. Primū ergo notamus hoc sputū, rationabilius apparere in pcessu morbi, adeo enim nequam humorem, ab initio colligi in sic nobilibus sedibus, repugnare videtur. Incipiēs ergo ab aliis coloribus, citrino potissime, per cōtinuatum incendiū viride videri, cōsentaneum est. maxime ad lucicitatē inclinatum. Quod enim ad obscuritatem vergit: caloris naturalis extinctionē significat. Et ita Aui. cap. ppio. de viridi dixit ꝙ significat cōgelationē & adustionem vehementē. De spumoso autē screatu notandū est. ꝙ spumosum subtile, est duntaxat cruditatē ostendens. ex Gal. 1. de crisi. & tale Aui. non multū vituperauit, dicēs causam illius, esse paruā humoris portionē subtilis, cui aer plurimus cōmiscet. Sed spumosum crassum nō est illius bonitatis, immo de cliue ad maliciā. Ob qd Gal. loco dicto. post longā seriem. adiecit literā nostri textus. malū aūt qd viride est valde & spumosum. Nam si tale ingēti bulitione apparet, de incendio timendū est. Si aūt copula, spiritus flatuosi imbibiti humori sic tenaci, vt ampulle ille nō rumpant, timendum est de morbi prolixitate. Qui affectus spaciosus talū sedium, minatur ruinā. ꝙ aūt spuma illis duobus modis in reb⁹ acrescat, mile sunt loca vltra cōmentū presens. Sed demū, ꝙ tāti vituperii, nō sit screatus spumosus, liquido ostendit, cū tota hec superfluitas aut a pulmone expellit, aut p ipsum trāsit. Sed quicquid ex hoc mēbro emanat, spumosum est: vt de sanguine exeūte a pulmone. 5. apho. tex. xiii. vt eo differat a sanguine aliunde exeūte. Itē ꝙ tusis nō fit, nisi aere agitato ad facilius expellendum. Ergo omni sputo bona pars aeris cōmiscetur, & p cōsequēs spuma fiet. Qualiter sanguis & si a pulmone exeat nō erit necessario spumosus, vide Gal. dicto cōt. & qualiter ex alia regione emanās, spumosum, poterit apparere. disputat gēti. cap. de sputo sanguinis. Sed ad dubiū respōdendo, dico omni sputo aliquid spume misceri. sed in laudabili screatu, est adeo cōmixta & exigue molis, vt spumosum nō mereat dici. que aūt taxat autor, clare spumosa sunt, & ob causas dictas illaudabilia. qre &c.

Si ita sincera fuerit vt nigra appareat:hec difficilior quã illa est. 58.

Antea dictũ est de omni vacuatione sincera vniuersim ac de nigra seorsum q̃ in nequaquam herent in memoria que supra diffinita sunt rursus ea ipsa reuolue. Rectus enim est ita efficere quã vt ea ipsa precepta de eisdẽ rebus sepenumero pandam, GLOSA.

Pleuresim fieri ex pituita & atra bile, & si frigidi sint humores, cõsentit tota schola. Et Aui. disputat de eo in cap. ꝓpio. nã & si pleuresis apostema calidũ sit, fieri ex humoribus frigidis non pugnat, quandoquidẽ putrescere possunt. ob qđ cum sputionis color, apostematis materiam representet, in pleuresi videri sputũ nigrum, nõ est longique possibilitatis. qđ melancoliã fecalẽ, & si putrefactã seu inflammatã representet. Quia tamẽ post viridẽ, de tali nigra sputione mentionẽ facit, & ipsam deteriorẽ censet. sicut ipsa viridis screatio, ob victoriã qualitatis apparebat, sic hanc nigrã, quã sincerã introducit, vt verã nigredinẽ representet, ob excellentiã qualitatum causari, consentaneũ est. vt litera antiqua suadet, cum talẽ simpliciter mortalẽ pronuntiet, cũ procedens a melãcolia, solum morbi prolixitatẽ ꝑmitteret. ex Aui. in propio cap. in verbo. nã si est ex aliis humoribus, cronica est. Quod tñ statim ad vnguẽ disputabitur. Ergo talem nigrã screationẽ, sepe post viridẽ videri, consentaneũ est, per continuatã flãmam & adustionem. Nec per modũ extictionis calidi sic videri pugnat. Sed primo modo procedamus. aperiẽdo cuius gradus malicie sit hec nigra screatio. Gal. 1. de crisi ait. significare preter hoc quod cruda est perditionẽ. & litera antiqua tẽperabat hoc per verbũ (quãdoq;) itẽ deiectio & vrina equalis vigoris sunt in significãdo super suis regionibus ipsi screationi, videndũ primo de crisi. Sed nõ est necessario exitialis talis deiectio, seu vrina, igitur. sed in oppositũ ipse Hip. qui peiorẽ viridi hãc screationẽ affirmat, q̃ adeo letalis est. vnde Gal. dicto loco. citans hũc passum deinde post viride, declinat ad id quod est in fine malicie. Idẽ inferius. cõt. illius. omnis screatio mala. Nã de nigra fit mẽtio in litera antiqua, ꝙ exiociissima sit. cui consentit Gal. in. cõt. idem Aui. in cap. de sputo in pleuresi. vbi nigrũ si fetidum sit omnium deterrimũ affirmauit. Sic Aui. in. 4. fen. tert. cap. de sputo. Itẽ qđ omnino est absq; spe coctionis, omnino est mortale. cũ absq; ea, impossibilis sit salus in morbis materialibus, tale est sputũ nigrũ. primo de crisi. Itẽ quod vltimũ incendium, aut caloris naturalis, extinctionẽ significat, est omnino mortale. Tale est nigrũ igitur, gẽtilis. loco allegato super. Aui. ꝓcedit in solutione distinguẽdo. Sic, quia aut apparet in principio, aut i statu & declinatione, si in principio. si appareat ex cõditione humoris scilicet melancolici, nõ protendit aliud, quã prolixitatẽ. Vnde ex aliis signis diffiniẽdum est periculũ. Si vero victoria qualitatis appareat, scilicet positiua aut priuatiua, tunc significat mortẽ. quia adhuc ille morbus est incrementũ suce-

purus,q̃d natura sub tanta malicia, aut defectu caloris, minime tolerabit: & ita in processu,est etiā mortale, si fetidum sit, vt adhuc significetur, eam qualitatū victoriā, puta incendiū magis increuisse. Si vero in fine,fit crisis materierū adustarum cōtentarū in pectore,si laudabiliter expellat,succedatq; cōferentia,& tale sputū non trāsiuit per gradus viriditatis, aut liuoris,sed prius sub laudabili substātia fuit & colore, poterit salutē pmittere, aludendo sentētie Gal.in.4.apho.cōt.illius: incipientibꝰ morbus si fel nigrū &c. Thadeus vero in.6.apho.cōt.illius accidū erutantes habet absolute, q̃ fit mortale,quia cū satis pugnet videre pleuresim a fecali melancolia, in ceteris,tale sincerū nigrum potissime fetidū,mortem necessario promittet. q̃ si argumēteris de nigra vrina, possum respōdere cum Gal. in. 1. de crisi. vt neminē viderit cū ea,saluū. saltim si vi morbi talis apparet. aut q̃ dispar ratio est vrine nigre,& sputi.quia spūalia membra,necessario nō perueneré sic resistētia,ad tantā humoris superbiā,nisi ab impetū, causarū, quo magis ledi tam nobiles sedes necessum est. Ad quē sensum poteris intelligere textum Hip.in.4.apho.excreationes si liuide.citrine. omnes male sunt. secūdum deiectionē aut vrinā bone.ex qua autoritate colliges valde disparem esse rationē,in superfluitatibus que exeūt per os,aut p deiectionē seu vrinam.quia priores veniūt a spiritualibus sedibus,que sic lese,vitā absoluūt, per alias aūt regiones,e sedibus vilioribus.sed licet, nos pulchre,aphoristica sentētia,conformiter ad mentē Gal.corroborauerimus considerationem nostrā. Semper salua pace Gal. dixerim, ibi, nō fieri mentionē de excreatione p os siue per sputū. Sed duntaxat per vrinā & secessum. quia vbi fit mentio de febribus,sermone absoluto,nō est dispositio apostemosa. ex eodem Gal.in eadē parte cōt.lxxiii. Ergo excreationes per sputū non sunt huius textus,sed per vrinam & secessum.quibus febres non intermittētes frui solent. que excreationes,si biliose,si liuide,si cruēte,si fetide,omnes merito talium qualitatū male sunt. Sequitur secūda pars textus. in litera. secundū Leonicenū. & si bene exeunt,siue per aluum,siue per vrinā bonū. quasi dicat. Dacto q̃ merito qualitatū, tales detestabiles sint. Si tñ habent felicitatem expulsionis,substātia humoris castigata,& prona expelli,ex conactu nature,nō est q̃ vituperes talia exeuntia, sed potius laudes. cui sentētie alludit Aui.cap.de pleureticorū sputo, Vbi postquā detestatus est sputū viride,ait. & remouet iudiciū malicie sputi, in substātia facilitas exitus eius. Qua si pfacilem expulsionē,que indicat obedientiam, & coctionē in substantia, tēperetur iudiciū malicie qualitatis. q̃d clarius Gal. in.1.de crisi.de sputo viridi tenaci rotundo. subdit,atq; his,magis nigre,sunt praue,cōsiderandū quis sit earū eductionis modus,nā si facile expuātur,cōstat has quidem bonas esse. Claudit deinde Hip. sentētiam textus, & obscurā satis, si vero nō aliquid eorū que iuuant per hec loca excernit. malum. quasi dicat,

 si excre

ſi excrementa harum regionum, nec laudem ex colore, nec ex ſubſtantia habent, malum. Sic intelleximus illum apho. publice legendo, abſq; adiutorio iſtius muſe, nec in genitiuo aut datiuo. Quem ſenſum ſumme ſi placet. quare &c.

De grauedine & ſternutamento. Caput.ix.

GRauedines & ſternutamēta per oēs morbos qui in pulmone fatigent preire: & ſubſequi malo eſt. Sed de alijs morbis exitioſis ſternutamenta vtilia ſunt.

COMMENTVM GALENI.

HVMOREM de naribus ſecretū tenuem & incoctum nominare aſſolent omnes veteres medici grauedinem quemadmodum defluctionem talem ex palato ſecretum, ac miror quo nam modo Hip. nō defluctionē adiecit grauedini, ſed ſternutamentū. Itaq; grauedines vna ratione nocue nō ſunt, vbi per tales morbos defluctiones duabus, dictumq; a nobis antea ſepenumero eſt, aliqua praua malis adnumerari ſignis ex accidēti, alia ſimpliciter idipſum tantūmodo haberi inditia praua nullum ipſa cōmittentia malum, indicantia vero difficilem quandā affectionem a qua cōſtiterunt. Porro alia ab his eſſe inditia vtroq; modo praua, tum quia ſigna, tum etiā quia cauſe ſunt. Signa quidē quotiens ex difficilioribus fiant affectionibus. Cauſe vero quotiens ipſa rurſus alias cōmittant prauas affectiones, itaq; eueniunt defunctiones, & itē grauedines in morbis qui affligant in pulmone, quia calidos recipiat cerebrum vapores. Sed pulmo non ab vtriſq;, ſed a diſtillatione tantummodo afficitur. Materia enim per grauedines ſecreta per naſum foras excernitur, & ob eā rem defluctiones deteriores quam grauedines habentur. Ergo non ſatis noui quam ob rem eas. Hippo. per hunc obmiſerit ſermonem, niſi aliquis velit vt p grauedines eas quoq; intelligi dederit, ac fortaſſe ab eo qui inter initia librum tranſcripſit, omiſſe ſunt, innumera enim talia etiam nunc fieri cernimus. Sternutamentum ſequitur grauedines magna ex parte ſane concutiens, horacem, vitiat quoq; pulmonem, itaq; grauedines ac deſtillationes aſſidue non eſſe bona inditia, cenſendum eſt preueniētes quidem eo q malis repleant humoribus pulmonē, procedente vero morbo ſi exiſtunt, quia magnam pulmonis affectionem, & ab ipſa caput eſſe affectum ſignificent. At vero ſternutamentum per alios morbos nunquā ſimul prehendit, nec aliquod aliud accidens, procedēte vero morbo ſi exiſtat, oſtendit ſalutem, quāquam exitioſus quantum in alia igitur inditia morbus habeatur, indicat enim concoctionem ac robur ſecretorie in cerebro facultatis. De qua in naſum flatuoſo ſpiritu ſecreto pariter eum alio quoq; humore nonnunquam ſenſibili & conſpicuo quandoq; tenuiore & ſpectatu difficili ſternutamentum conſiſtit.

GLOSA.

Aris. 2. de partibus animaliũ cap. 7. pertractans de cerebri natura ipsum posuit frigidę cõplectionis, & inde imbecillũ in facultatibus naturalibus. & si inde multo mai⁹ bonũ luchreret, scilicet tẽperatũ calorẽ ad facultates cognitiuas, que ipsum adeo clarificãt. Cum igitur imbecillum sit, excremẽtis redundare cogitur. cui affectui, ansam dat vaporum copia, qui e ventre inferiori accendunt. Sicut igitur in media aeris regione himbres causantur, deorsum pronis vaporibus iam grauibus, qui antea eã occuparunt parrem. sic, cum non sit indecens ibidẽ per aris, partem toti comparare, in capite cõtingit. qua ocasione ipsum grauari superfluis, & inde deorsum profluere, est necessum. que superfluitates per distinctas regiones inferius se precipitant. Que si ad nares perueniant, apud antiquos grauedines solent appellari. vulgo corriza. Et miratur Gal. in cõmento. cũ in presentiarum agarur de noxa pulmonis, qui deflucione seu cataro principaliter offenditur, ex vulgari carmine si fluat ad pectus, dicetur reuma catarrus, quare de deflucione non fit mentio in textu, sed de grauedine duntaxat. Respondet, ꝙ aut per grauedinem, dat intelligere deflucionem etiam, aut ꝙ forsam aliquo exemplari posita erat deflucio, quę postea dempta est ex textu. ab aliquo interpretũ. Sed quantus labor Gal. super re sic clara. Hip. enim sternutamentum introducit in hoc textu, pro inditio prognostico, aut per modũ causę in omnibus passionibus. Ergo de grauedine dũtaxat iuste locutus est, que est fluor a capite ad eas partes, quibus sternutamentũ concitatur, puta ad nares. vnde fluor p eas partes, nisi excitaret sternutamentũ, nõ esset huius textus, nec sternutamentũ, quod non fundaretur in grauedine, hoc est vt posset cõtinuari, non esset offendens ipsi pulmoni. Ideo explicat vtrunq;, & ideo excusetur tantus autor, a re tam leui. Procedamus ergo iam ad explicationẽ textus. aliquid de sternutamẽto premittentes. qd est passio capiti, sicut tussis pectori. Gal. 7. aph. & 5. de morbo & simpthomate. & Aui. 6. tert. Ob qd apud veteres, sternutamentũ, diuinum quodam, fuit appellatũ. & idem auguriũ, aut futurorum presagiũ, vt Aris. 1. & 8. de historia animali. & 33. parte probl. per plures textus. Caput inquã domus rationalis facultatis est, ratio aũt qd diuinũ, Plato in thim. & Alexãdrinus. 2. epidimiarũ. prodeuntia ergo a capite eo subito motu, sacra vocabant veteres. Fit aũt sternutamentũ, ipso cerebro calefacto & humectato dixit Hip. in. 7. aph. & Aris dictis locis primo calore cerebri vincẽte illã humiditatẽ, & ipsam dissoluente, ad modũ venti, qui exiens p foramina arcta & angusta, qualia sunt illa in ose rize seu nasi cũ impetu, causat illum sonitum. vt in machinis bellicis fit foramina autem ea, ꝙ strictissima sint, notum est. Eius autem compaginis vsus, ne aer qui ad cerebrũ attrahitur, gracia euentandi calidum spirituum, subito cõtingat ipsum, immo cohibeatur & immoret in angustiis penetralibus, vti in rimulis pulmonis. nec cogor in presenti

ſenti diſcerere, qua vi ille aer ad cerebrũ trahatur, & ſi ille motus eſt alter ab arteriarũ motu, & ſi pure naturalis, eſt enĩ dubiũ nõ leue. aliquid Thomas in ſua ſumma. Ex quo licet materia ſternutamẽti ſit illa humiditas, que ꝓritat facultatẽ expultricem, ipſam iuuari in expulſione, illo aere cõuerſo ad vaporis modũ, non negamus. nec ipſam ponimus cauſam principalẽ, vt videtur Aui. 5. tert. & reprehẽdit aliquos, forſam Gal. 7. apho. Sed ſolum eſt cauſa coadiuuãs, ſicut in expellẽdis a pectore, etiã ipſe aer manũ porrigit. & ſic Aui. poſſet eã reprehenſionẽ excuſare. Eſt igitur ſternutamẽti materia, humiditas aerea groſſa pungitiua, ſubito agitata, & per anguſtos illos canales excreta. Qualiter aũt homo omniũ animalium maxime ſternutamentũ habeat & quare bis ꝓ maiori parte ſternutet, & de aliis pulchris dubiis circa materiã, vide ariſcitatis locis. Habet ergo textus duas partes, primam in morbis pulmonis aut partibus circuniacentibus, ſiue p̄cedat cõmittetur aut ſequat̃ ſternutamentũ, nam. oĩbus modis malũ eſt. quia cũ in tali fiat agitatio fortis in mẽbris, non ſolũ ſuperioribus, verũ et inferioribus, ſic ꝙ ſingultui & ſecũdine retentẽ ſubueniat, ex Hip. in ſentẽtiis. Nõ dubitat̃ capite pleno humoribus, ꝙ tali impetu confluant, & precipitetur in pulmonem, pectusq́ꝫ repleatur. Et ſic per viam cauſe in omni tali morbo eſt malum. Nam ille motus ſic impetuoſus, rupturis & vlceribus cõſolidãdis obeſt, dolorẽ illarum partiũ auget, & reumate pulmonẽ, & eas ſedes replet. ex quo elicio ſubtilẽ cauſam, & non tactã a Gal. ad textũ Hip. in. 2. de ratione victus. quãdo Græcia tentãdi in pleureſi, adhibuit calefactoriũ, vbi precepit ſumme cauere, ne vapor ad nares cõtingeret. non inquã ob difficultatẽ inſpirationis, ſed ne odore taliũ, ſternutamẽtum poſſit ꝓuocari. vti artificio preuocamus odore alicuius acuti. qđ ſternutamentũ, cum talibus paſſionibus obſit ex preſenti textu, ſumme cauendũ eſt nec tali vapore cõcitetur. & ita ſternutamentũ in omni catarro in principio obeſt, quia agitat materias. Que enim habẽt concoqui, oportet quieſcere. 5. tert. & 4. apho. & aliis locis. Eſt etiã ſternutamentum, in talibus paſſionibus malũ per viam ſigni, nam ſat malũ eſt, tot ex pulmone ad caput vapores aſcẽdere, vt ſepe ſternutamẽta concitent̃. In alis vero paſſionibus, ſternutamentũ in principio, nec aliqđ aliud ſimpthoma, qđ nõ ſit peculiare morbo, apparet. vt dicit Gal. in cõt. qui intelligẽdus eſt, vt tale ſimpthoma ſit alicuiꝰ iudicii, ſup facultatibus ipſis. Irritamẽta enĩ humorũ bene ſignificãt. vt. 6. tert. cap. ꝓpio. Si in fine vero morborũ talium appareat, optimũ eſt ſignum: & in tãtum vulgus ipſum extollit, vt omni diſpoſitione & tẽpore ipſum cõmendet. qui fallitur. ſed eo tẽpore, in tãtum cõmendat̃, in quantũ ſignificat virtutẽ, que tempore elapſo morbi pigra, & oppreſſa ipſo erat, excitari: & incipere inualeſcere. Ob quod in ſeuiſſimis morbis, 2. 4. & 6. tert. tentamus ſternutamentũ aliquo pungẽte, ꝙ ſi infirmus minime ꝓuocetur, habet̃ ꝓ diſperato

rato

rato. Sed caueãt medici iuuenes, ne tali experimẽto cõfirment paſſionẽ aduocatis materiis ad caput. Fiat ergo cũ cautela. & ita intellige, ſumme exicioſam eſſe, nõ prouocari, ſed & ſi prouocet, non ideo promittit ſalus. Signa enim mala ſunt maioris ponderis, quã bona. Videndũ. 2. apho. cõt. 1. & mille locis. Sternutamentũ ergo qđ a natura fit, vigilẽ eſſe, & noxam ſentire, poſſeq; expellere nocuum humorẽ ſignificat, qđ ſat bonũ eſt. quare &c.

¶ Screatio flaua nõ multo pmirta ſãguine i pulmõis morbo: ſi inter initia excernit: ſalutaris admodũ eſt: ſi ſeptio die pigriuſue min⁹ ſecura eſt.

GAL. Promiſcuus hic ſermo, p omnẽ inflãmationẽ eſt iam a nobis ſepenumero pditus vt decũbentis ad ſedes inflãmatione laborãtes humoris pars tenuior refũdet quotiẽs cõtinens inflãmatioñe ſuperficies haud quãq̃ denſa ex natura queãdmodũ exterior cutis exiſtat, & ob eã rẽ ſiue in meatibus naſi, vel oculorũ, vel otis inflãmatio fatiget humores tenues ſublimes cruentis vlcerũ humoribus effluũt. Itidẽ pulmo laborãs inflãmatione excernit humorẽ quẽdam ad intimas ſedes inanes, que inquã aſpere arterie ſunt, qui de tuſſedine vacuatus excreat, inditiũ afferens cõmittentis pulmoniam fluctionis, illius eñ ceu ſerũ quoddã habet. Itaq; erit ſi biliosa admodum eſt, flauus tantũmodo, ſi ſanguinea, rubidus, ſi ex vtroq; permixta rubidus pariter ac flauus. Hic igit humores boni ſunt, paulo vero abſiſtũt ab his p quos ſanguinẽ integrũ deſpuũt, forteq; inditiũ tentabit quẽpiã, quẽadmodũ quotiẽs conſiſtente in pulmone vlcere fatiſcit cõceptaculũ, etenim tantiſper ſanguinẽ diſpuũt. Sed ſanguis in pulmonia eueniẽs prorſus exiguus ſcreationi p exilitionẽ a medicis nominate ſimilis eſt. Id accĩs fit propterea q; ſanguis conditione tenuis decũbit ad oscũ gingiue rariores exiſtãt, ita vt ipſum nequaq̃ contineãt, in faucibus quoq; ob eandẽ cauſam talis ſanguis ſeroſus, q̃ſiq; excernit. Non igitur malũ eſt quotiẽs aliquid tale in pulmone cõſiſtit, id vero ex cõditione ſanguinis atq; ei⁹ copiã facile cognoſces, nã qui ita ſcreat, nequaq̃ craſſus neq; multus eſt. Ceterũ non expectare acẽſis ad ſeptimũ vſq; diẽ oportet. Sed potiſſimũ ante primũ quartũ vt cõcoctus alteratus ſit. Si ſecus ſed oĩno ante ſeptimũ expectandũ eſt. Si vero talis perſiſtat, qualis ab initio erat, pſpicuũ eſt, vt plurimũ tpis pceſſuram ſignificet egrotationẽ. Nam vbi nondũ ſeptimo die cõcoqui cepit, lõgiſſimã fore demõſtrat integrã concoctionẽ. At longiore tpis ſerie multa mala incidere aſſolẽt, tũ egroti culpa & adminiſtratoris, tũ etiã vitio aliotũ q̃ inopinata forinſecus accidũt, necnõ medici cõmiſſo, q; ſi nihil ex his accidat piculũ anteq̃ cõcoquat morb⁹ exſolutiõis vitiũ imminet, & ob eã rẽ minus ſecurũ videri dixit plurib⁹ dieb⁹ talẽ pmanere ſcreationẽ. GLOSA

Docet Gal. in hoc cõtõ. expreſſe, quod ſupra innuimus. qualiter ſoleat ab apoſtematibus, que ſolida cuti nõ vellantur, emanare hicor quidã. Subtilis inquã, pars illius humoris, qui ſede affecta cõtinet. vnde i pleureſi, & pulmonia,

monia, cũ sint similiũ sedium, aliquid cũ sputo visitur, qđ humoris peccãtis conditionẽ representet. quia quicquid decidiť, similatur ei aque deciditur. potissime si est pars homogenea totius. vnde si inter initia morbi, in pulmonis morbo, screatio flaua nõ multo permixta sanguine visitur, ita ꝙ rubori dominetur flauus color, talis admodũ salutaris & bona est. & hec est prima pars textus. Ad quã explicandã procedamus, deinde ad secũdam. Primo notãdũ est, ꝙ faciẽdo vim, in verbo Hip. superiꝰ. (circa pulmonẽ), in textu primo huiꝰ materie. iuxta id qđ ex Gal. in. 4. apho. tũc adduximus. & attẽto verbo istius textus. in pulmonis morbo. Sentẽtia istius textus est particularis, & dũtaxat de apostemate pulmonis loquiť. forsam ductus hoc spũ, vt deinceps suppuratorũ apostematũ introducať tractatꝰ, ac idẽ est empimatis, & ptisis, qđ ipsum cõsequiť. q̃ oia prõptius succedũt ad apostemata pulmonis. Ex quo notandũ est, ꝙ licet pulmo ex sanguine subtilissimo in corde cõcocto nutriať, cuius causam alibi videbis p Gal. cum nutricio in similitudine fundeť, inde colligimus ipsius substantiã sic rarã, sic rimulis plenã, (qđ officium eius plane nobis cõmendat.) vt subtilissimi humores in eo nõ retineãtur. ob qđ, nisi ille biliosus sanguis, aliquã portionẽ crassioris, sibi vẽdicet, minime tali, apostemari illud mẽbrũ potest. Ob qđ screationẽ flauã, dixit videri, nõ absolute, quia sic colerã rubeam duntaxat representaret; sed sanguini permixtã. Sed tũc statim, quare potius nõ cõmẽdaret multo permixtã sanguini, aut pure rubrã, que absolute sanguinẽ indicaret? Respondendũ est subtiliter, ꝙ, si aliqua salus promittiť in his apostematibus, est ꝙ resoluanť, & nõ suppurenť. & quia colera in hoc mẽbro in exigua sanguinis assotiatione, est obnoxia facili resolutioni, cũ multo vero sanguine, aut pure sanguinea, est prona suppurati, tũc substãtia humoris crassiori, tũc calore & humiditate, ad id propẽsis, suppuratio enim modus quippiã est putredinis. ergo vides, q̃ subtiliter nobis cõmendet eã screationẽ, que indicat affectum in pulmone patari facili resolutioni. Sanguinea enim pura, aut venã ruptã esse in pulmone, qđ facile cõducit ad ptisim. aut esse obnoxiũ suppurationi affectũ indicaret. Secus in pleuresi, nã non est ibi suspicio de ruptura vene, nec est tãta prõptitudo ad suppurationẽ, frigitudine particule, nec ita facilis coadunatio ad internã mẽbri cauitatẽ, vt vertať in pus. Et ideo A ui. cap. de periplemonia. quãdoq; remouetur cum resolutione, & quandoq; reuertitur ad empimactũ. Ex quo etiã subtiliter considerandum est, ꝙ licet supra Gal. cõmento illius vitide spumosum. Omnem sincerũ humorem preter sanguinem damnauerit, in presenti cõmento, affectũ pendentem a puro sanguine, habet pro minus securo, scilicet illo, mixto ex sanguine & flaua bile totum inquam, quia ex copia sanguinis ea sede, aut ruptura vene presumitur, aut suppuratio. Vnde aliud est damnare humorem de se, aliud de peraccidens. Hoc est respectu circunstantie membri.

Sicenim subita mors sepe a sanguine fuit inducta, ipso cauitatẽ omnino occupãte ẽdiũ nobilium, & calorẽ extinguente. Videndũ cõt. illius in exercitantib9. &. 4. de ratione victus in cõt. illius si vero affonũ, in pleuresi aũt vt dixi, nõ sic suspectũ. Vnde Aui. in de tẽporibus pleuresis. docet augmentum cognoscere, q̃ sputũ incipit remoueri a rubedine versus albedinẽ. Et sic de facto aliquot pleureticos videmus, qui incipiãt screare purũ sanguinem, sed parũ post, facta flobothomia sistitur ille color. Et incipit purulentum apparere hoc est mixtũ. Sed vt totã rem calleamus, iure optimo dubitatur, si namq; in pulmonia, adeo cõmendasti istam screationẽ sic mixtã, quid mali est ipsam pseuerare vsq; ad. 7. aut vltra? Respõdeo q̃ talis screatio dicta, poterit inter initia videri, sub duplici cõsideratione. aut q̃ illud apostema sub humore magis sincero incepit, ob qd̃ screatio aut flauior aut rubicũdior poterat videri. & sic per istũ colorem mediũ, nos intelligamus, quandã coctionem celerẽ esse contributã humori: qua, ipsis mẽbris pectoralibus, nictentibus dealbare, victoria humorum, a qua incohauit passio, est remissa. & sic vt citaui, augmentũ descripsit Aui. in pleuresi penes mutationẽ rubei ad albedinẽ, & dixit. Et si materia est declinãs ad citrinitatem, est proportionalis rubedini. scilicet, qd̃ similiter de citrino vergit ad album, est in augmẽto. Ergo naturã, tanta celeritate incepisse vincere massam, vt inter initia morbi, scilicet vsq; ad tres dies. sic cõiter exponit̃ in hac schola, verbũ: (inter initia morbi.) summe cõmendatur illud, quia & morbũ illum esse salubrẽ, velocisq; termini cẽsetur quod postea scripsit in sententiis. in cõt. apho. paroxismos & cõsiste & ex post apparẽtibus, vti in pleuresi sputũ sub rubeũ mox incohantẽ quidem abreuiat. Qd̃ Laurentianus in sua interpretatione purulentũ vocat. super, quo nõ possum non mirari, q̃ Leonicenus in sua interpretatione, ac etiã cõmenti, duntaxat de sputo mentionẽ facit, non diffiniẽs cuius coloris habeat esse. qd̃ supra ponderauimus ex Gal. 2. de crisi. s. tusim humidã aut siccam conditionẽ & statũ passionis indicare. Cũ igit̃ pleuresis ex oĩbus humoribus pendeat, nõ est signũ, qd̃ omni pleuresi celeritatẽ pmittit, (puta videri sputũ mox a principio.) sanguini tantum attribuẽdũ. Ergo hoc sonat Hip. in hac prima cõsideratiõe, vt scilicet inter initia morbi, videre screationẽ declinantẽ ad aliquã albedinẽ, summe commendetur, ob celerẽ coctionem, & expulsionem humoris. & quia indicationes indicationibus corespondent, vt. 2. apho. pri. dierum decretorium & mile locis. Si inter initia apparet coctio, nõ differet crisis. vidisti primo de crisi. &. 1. apho. quia in anxione vsq; ad. xi. omnino fuit priuatũ sputum qualiter ante. xx. fuit impossibile terminari. Scies enim aliquãdo, quanto grauius indicationes sequẽtes, promittunt indicationes illis, que in primis diebus comparent. Ego autem obiter moneo, me aliter intellexisse, illud dictum per me citatum Auice. (Si est declinans ad citrinitatem

& est proportionalis rubedini.) quasi vt citrinũ, vergat ad augmentũ, proportionetur rubedini, & inclinetur in talẽ colorẽ. Nã supra, colera pura inuincibilis est, nisi sanguini misceatur. & in ipso concoquatur. aludendo ad illud auerois in. 3. colliget cap. 4. i verbo. impossibile est q̄ colera suscipiat aliquam digestionẽ. Ob qđ ira in proximos, ceteraq; peccãdi libido, obsecro cõcoquatur in sanguine agni, qui peccatũ nõ habẽs, libẽtissime se obtulit, suo sanguine nos lauãns a peccatis. Ad propositũ igitur reuertendo, dicamus, summi precii esse, incohatã albedinẽ, vi coctionis membrorũ inducti in humorem affecti mẽbri, nõ longe a principio. Sic q̄ forsam Hip. in presentiarũ, positis supra peipuis dotibus sputi in morbo costali, nec albedinis fuit oblitus in presenti. que tanti est mõmẽti. alia cõsideratio erat in principio lectionis perpensa, q̄ tali sereatione inter initia visa, humores sic mixtos esse in tali apostemate credamus, vt resolutioni sit pronus affectus. Qđ indicatur, quandoquidẽ bona pars humoris, statim inter initia obedit expulsioni. Quia tñ exitus acta probat. nõ complecte laudis est, talẽ sereationẽ perseuerare in plures dies. Nam aut ille color ad albedinẽ declinans, potius ob pituitosum sanguinẽ talẽ habẽtẽ colorem, cõparuit, quam vi nature alterantis. Et tũc vt supra habuisti. tracta. de vrinis in textu. Si vrina fuerit sub rubra cũ simili sedimento, diuturnior est morbus quã primus, sed ad modũ salutaris. significatur, sanguinẽ, esse cruda humiditate ac serosa plenũ, qui & si salutarẽ efficiat morbũ, longo tñ temporis tratu eget, ad sui coctionẽ. aut si des talẽ colorem, vi nature cõcoquentis iniciatũ esse, p sui perseuerantiã, ipsam pigrã esse mostrat, cũ iusta incepta nõ processit idem etiã significabitur, si eos humores cõcoquat & perficiat, qui sic leges uidebant nature, vt bonam partẽ ipsorũ absoluerit, p sereationes inter initia morbi. indicataq; sui promptitudine ad resolutionẽ ob prefactũ colorem, vt nec colera pura sub subtilitate imbiberetur, nec sanguis purus putresceret. Sed colera dominabatur, cũ parte sanguinis, vt exitũ facilẽ beatumq; cõsequeret infirmus. Que oĩa si secus cõtingant, saltim vnũ ex perseuerantia talis sereationis non effugies, scilicet morbi prolixitatẽ. qui saltim sic prolixus, anceps est sui exitus. Timetur enim virtuti, in longis morbis. 3. huius & 4. pri. omitto. infirmi inobedientiã, medici & astantiũ errores, vt in longis morbis sepe, errores cõmittant, q̃ errores quãti mõmẽti sint, in differẽdo crisim, & aliquãdo in ipsam, in mortẽ cambiãdo, in principio huius operis perpẽsum fuit. Ad qđ propositũ gẽtilis ille. in questione de differẽtia certitudinis pronosticationis in acutis, aut cronicis, ait. q̄ licet certitudo pnosticationis, in processu in cronicis sit certissima, ob vniformitatẽ motuũ ipsius nature, et absentiã insultuum, potest tamen totum hoc intercipi, de peraccidens, ex prefactis erroribus, quibus cronicos patientes morbos sunt magis obnoxii. in acutissimo non contingit nisi semel errare, vti in bello. quare &c.

Omnis

Omnis screatio mala est: que non sedat dolorē. Que vero sedat dolorem omnis melior est. GAL.

Cōmunis hic quoq; sermo est in oi materia ex corpe secreta, de qua aliis libris, atq; etiā volumine fniarū dixit, vt facilitatē potissimū spectari cōueniat. Sepe em̄ valuit natura prauā vicēs affectionē, expurgare corp⁹, & in hoc terrent̄ m̄lti aspiciētes secrete vitiū materie, nequaq; cognoscētes vtrū id accidētis fiat rōne, an q; natura prauā mā; foras expellat. Itaq; p fnias, tm̄ mō facilitatis scripsit appellationē hoc loco doloris indicauit sedationē, ob quā cōmedat screationē, q̄ dolorē sedet. Paulopost oīa deinceps inditia docebit in melius proficienti ū egrotationum, q̄ inquā nomine facilitatis complexus est. Quinetiam postea precipit dictarum indictionū exquisite perpendi vires vt ea iter se conferēdo possis ex magnitudine in deteri⁹, aut melius totius corporis scrutari momentū, queadmodū presenti ipse orone effedit. Si enim a screatione nequaq̄ desinit dolor, inditium bonum nō est, non tñ sufficiet tibi id vnum cognoscere ad exquisitam future sortis presensionem. Sed considerari conueniet & alia accidentia, id enim demōstrauit, nigre mentionē habens screatiois. Igitur cū inditium cōmune sit nō desinere dolorē si crocea fuerit screatio aut rubra cum minori piculo est, si nigra exitiosissima est. Quocirca cuncta cōsiderās nō solum predictā summā vnam exquisite colliges predictiōis, ac ipse Hip. oīa inditia, tum bona tum etiā mala percensuit, predictis in animū reuocatis. GLOSA.

Hip. in sententiis. quotiēs de vacuatione loquitur, diffinit eius vtilitatem, ex effectu. puta q; cōferat ipsi infirmo, sic in .1. apho. duplici loco. Sequitur enim humores nociuos vacuatos esse. Sic Aui. 4. pri. cap. 3. aut euacuatio illius q̄d est euacuandū, & sequitur ipsum proculdubio trāquilitas, nisi lassitudine receptaculorū aut alio morbo de nouo obscureť. Scis enim hoc nomine, nos delectari in expulsione fecum, vrine, & aliorū excrementorū, eo q; deposita sarcina, natura alleuietur. Hoc igitur sit primū fundamentū istius textus. Alterū est. q; apostemata pulmonis, aut costarū, q̄ laudabiliter terminantur, finiuntur per resolutionē publicam. Hoc est copia humoris p screationem mundificata. Ergo si screatio dolorē sedat, laudabile est. Si vero minime, malū est. que aūt nigra exitiosissima est. Procedendo ergo speciatim, ad sentētiā textus. Videtur primā partē textus presupponere falsum, puta screatione nō alleuiari dolorē. Nā si humor replēs, & soluens cōtinuū expellitur, necessum est partes mēbri vniri, restituiq; ad naturalē cursum. Resp̄ondendū est, multipliciter id accidere posse. aut q; humor ad suppurationē aptetur, vnde & si pars aliqua expellať, in reliquo manēte maioris molis, fit agitatio & ebulicio, vnde dolor nō sedať aut mitigať. vnde illud, erit alterū de signis suppurationis in textu sequēti. aut q; de nouo nouus humor confluat ad particulā, iusta q̄d habet genti. 10. tert. in cap. de pleuresis tpibus. q; apparēte sputo & vacuato notabiliter, posset dolor

magis

magis intendi quam antea imaginatur.n.multiplicari spntū,ex aliqua por
tione promptiori ad expulsionem.sed ex maiori confluxu,particula magis
discontinuata,dolorem augeri.qualr cūqꝫ Matheus ipsum carpiat : aut ꝙ
illa materia,que in sede affecta manet,adeo peiorem qualitatem acquitat,
vt supleat malicia ipsam quantitatem. Ergo omnibus his nominibus con-
tinget,screatione non leniri dolorem. Quod malum inquam est,cum alte-
ra illarum causarum,aut plures significentur:& inde comendatur dolorem
sedari tali vacuatione,quia humorem nocum expelli in comodum nature
significatur. Ob quod accidentia remittuntur,& inde nō coicidunt cum tē-
poribus coctionis. Notandum vlterius.quod hoc loco,vbi fere claudit ma
teria de screatione, nullus canon vtilior appōi poterat:nam & si laudibus in
tegris,in precedentibus textibus,muniatur screacio,non oio beata est,nisi
per ipsam alleuiietur infirmus.iuxta sententiam Aui.de signis bonis & ma
lis pleuresis.multotiens est sputum bonum,facile,similiter & anhelitus.sed
si dolor perseuerat , aut tendit ad posteriora,& sit dorsum vti verberati,des
perabilis est,saltim in prima septimana.ita vice versa,viso sputo illaudabili
maleqꝫ qualitatis,si cū eo quiescit egritudo,huic duntaxat alleuiationi per
seueranti credendum est.dixi notanter perseueranti,qnia talis alleulatio vi
detur irationalis,que ex textu Hip.parum permanere solita est. Sed in ve
ritate non est irationalis,potissime in processu morbi.quia in occulto domi
nio nature fundatur,& si publica simptomata essent timenda. Expurgat ei
natura,eo tempore pessimas materias,quas superauit , & sat fuit dominiū
nature,in aliquam partem eius contemplati,sic gentilis in questione de ma
ioritate morbi,sic Gal.i.4.apho.cō.illius.incipiētibus morbis.ac in presēti
cōmento. Iuxta quod,hoc saltim negari non poterit,vt preponat screatio q̄
dolorem sedat,ei q̄ ipsum non mitigat. Quia tamen dolorē nō sedari,screa
tione,non est oio exitiale.cum morbum prorrogari,aut in pus verti idicet,
additsi,nigra est illa screatio,q̄ non sedat,exitiossima est.quasi dicat:in tali,
& si differatur morbus,ob malitiam humoris indicati,tali nigra screatione,
non est expectandum bonū. E iposterū sedet dolorem,sedqꝫ vita & dolor si
mul sedetur.sicut in perfecta declinatione,screatio & dolor simul finiūtur
Si vero screatio,rubea est,citrina:aut alterius coloris.non ōnino mala est.
& si non sedet.quia in tēpus sequēs magis castigato humore, expulsio erit
facilior,copiosiorqꝫ,& sedabit dolorem.quare &c.

De purulentis. Caput. x.

Qvicūqȝ dolor in his affligit sedibus nō desinēs:neqȝ screa
tionis purgatione:neqȝ ventris subductione:neqȝ vene in
cisione:ac medicamento ꝛ victus ratione in suppurationem
verti sciendum est. GAL.

QVICVNqꝫ dolor circa thoracis; ac pulmonis sedes ne de
finit

finit adhibitis subsidiis idq; malum tantummodo habet, nec vllum aliud exitiosum inditium adest eum suppuratum expectabis, hic nam q; quodammodo medius est inter eum qui soluatur celeriter, & eum qui insanabilis existat.

GLOSA.

Confessum id vnum est omnibus fere medicine professis, cū etiā perspicue cōstet vt quotiēs inflamatio affligens in parte precipua haudquaq̄ difficiatur adhibitis subsidiis sed suppuratur rigor tātisper, ac febres cōsistāt. etenim libro de rigore perpensum iam est vt puris actor nascentis mordēs ac derodēs adiuncta corpora rigorē cōmittat, perinde quasi medicamenta acriora, quibus ingestis interdū malignis vlceribus, aut quadā affectione putri rigere & febricitare contingit. At vero febris talē comitatur rigorē, sane & Hip. alterutrū cōmemorauit, ac febrē dixit prioiē a die quo primū homo febricitauit, non illū definiēs diē qui totius egrotationis extitit primus, sed quo rigore vna cū febre vehemētiora. s. admodū q̄ prelata incepit. Quinetiam ponderis euenit sensus tantisper egrotis in multas & exiguas partes dispersi in partibus inflāmatione laborantibus humoris post mutationē in post collecti ad aliquā sedem inanē continuā oi parti que inflāmatione laboret. Igit ex hoc tpe quo primū hoc extiterunt expectare oportet & vigesimo die, & trigesimo, & quadragesimo & sexagesimo rūpi suppurationem. Que vero dixit, inditia tria numero sunt, pōdus, rigor febris, que multa quam antea vehementius affligat. GLOSSA.

Cum in primo libro hec materia partim est discussa, partim in presentiarum discutitur. Vnum principium mansit in tactum, vtriq; parti sūme necessarium, scilicet vnde isti termini cōputandi veniunt, de quo instruit nos in presenti textu. Et ratio dubitādi erat, an, a principio, quo apā incipit in particula, an a die quo in pus incipit colligi. Respondet ergo. q a primo die suppurationis. que autē signa sint, que tale suppurationis principium declarēt, inquit q rigor, ac febris, ac pondus notabile loco, quo dolore pri⁹ afficiebatur. hec nāq; solent presentia esse tali principio. Primū igitur qd se offert, est obicere, hunc textū nullius esse frugis. quid enim medico prodest tale principium cognoscere, aut q ad hunc, aut ad illum terminū rupturam differant. & dacto, q principium cognoscatur, vnde inde ducetur

T ad pre

ad precisum rupture terminū afirmandum absq; falacia. Respondeo.sume vtilem esse hanc pertractationem,primo,vt viso principio suppurationis, medicus non procedat ad vlteriores vacuationes, & auxilia, gratia resolutionis.que omnia vana sunt, & nocua. & si ipsum alleuiari non videt, desistat. Nam licet in presentia suppurationis aliquando flobothomia habeat locum,ex Auice. ob metum magnitudinis exiture,ne dilaniet,maxime membrum nobile, neruosum, aut molle, quod tamen expedit facere in frequentiori vsu,est a talibus desistere. vt supra per viam signi nos docuit Hippo. eo textu quicunq; dolor his affligit sedibus. Ob quod Aui. singulariter. capite de pleuresis curatione. cum flobothomas,& euacuas,& non sedantur accidentia,tunc scias q; prohibitio collectionis quam queris, est difficilis. vel secundū aliam literam est necessaria, q; sit. Non ergo reiteres flobotho, vt non congeletur materia que habitura est collectioné hec ille. ex quo textu forsam licet colligere, preponendam suppurationem indurationi. Et nota q; in sanguinea pleuresi, vbi videtur minus obesse flobotho. ibi adhuc cauet ab ea. Item iuuat talis initii cognitio, ne medicus a simpthomatis crescentibus terreatur. dicente Aui. cap. de signis permutationis pleuresis. Et quandoq; apparent signa timorosa, & tu iam testificatus est significationem laudabilem,ex sputo & aliis. tunc non timeas, quia eorum euentus est propter collectionem, & non propter causam aliam. Ex quo textu licet etiam colligere,pleuresi suppurande, prefuisse per dies sputum laudabile. Prestat etiam talem habere notitiam,ad predicendum terminum. Ac ad debitum regimem egroti in ratione victus.vt minime abstineant a carnibus, & si febris inualescat. Videndum capite de empimate per Aui. precisus aūtē terminus rupture, pendet vt dicimus, ex causarum intrinsecarum & externarū variatione,& consideratione. Quod si secundo obiicias, supra, primū diem egrotationis, iussit contemplari cum dixerit, si excerni talis screatio inceperit, vii. die egrotationis. dic, q; ille casus est particularis,ita q; inter apostemata que suppurātur, illud est acutissimū. vt idē sit principiū egrotationis, & suppurationis, secus cōtingit vt plurimū. Dubitat deinde & rationabiliter, si ipse distinguit inter principiū suppurātiōs, & egrotatiōis, q̄liter febrē ponit, p peculiari signo principii suppurationis, none pleuresi, ceterisq; apostematibus harū sedium, est febris peculiare signū statim a principio. 2. de crisi & mile locis videndum. potissime si calida sint ea apostemata? Dic primo, q; cū supra dixerimus, apostemata frigida esse magis obnoxia suppurationi, eo q; rarius resoluunt. Nec mirū talia absq; febre esse a principio, donec in pus incipiāt verti. Habuit enim auerois. 4. colliget, q; apostemata frigida, etiā in mēbro principali, non cōmittetur febris, donec putrescāt. ideo in talibus, principiū suppurationis, & febris, erit idē. sed quia iste sermo Hip. nō est sic specialis, vt excludat apo-

stemata calida, respõdendũ est. ꝙ febris fuit a principio, sed cum rigore nõ fuit, nisi in principio suppurationis. quia febris apãtum est cõtinua, potissime harũ sediũ & propriũ est sinocharũ nõ horrere. 2. de diffe. febriũ. Omni to contingencias, de primo insulto febris apostemosẽ maligne, quo per territa natura aduocet ad se sanguinẽ & spũs, tanꝗ satelites, quibus muniatur Et inde fit extremorũ frigiditudo. idem ob apãtis magnitudinẽ, videndũ 7. A pho. in principio. Sed hic nõ fit mentio, nisi de febre cũ rigore ob causas dicendas, nusquã aũt & si precesserit, cũ rigorẽ fuit, rigor aũt distat satis a circũfugidatione. aut ꝙ & si precesserit febris, nũc inualescit, & molestior redditur. Iusta sententiam veteris circa puris generationẽ. &c. vnde talis febris dicitur cũ rigore. i. rigurosa & vehemens, nusquam autẽ fuit sic affligẽs, nec rigurosa. Quod si offeras: saltim si datur apã, quod abinitio in pus inclinetur, tunc talis febris, erit ab initio rigurosa assumptũ autẽ est textus expressus A ui. tercia. 4. cap. xx. incipit series. quandoꝗ incipit apã sicut est cũ congregatione hoc est cũ collectione & quandoꝗ non incipit ita, imo secundum inceptionẽ apãtum calidorũ sanorum, deinde cõuertitur eius esse apud statũ, vt incipiat in aggregatione. quẽ textum. bene nota, pro eis que illico dicemus. ad obiectum ergo respondemus, talibus inesse febrẽ validã a principio suppurationis, licet inualescat iusta incrementũ puris, magis ꝗ facto ipso pure. Sed quod frequentius visiẽ, est. ꝙ apãta incipiat ad instar sanorum, vt verbi causa procedant secundũ tẽpora sua ad ressolutionẽ insensilẽ & sensilem. & ꝙ perueniẽtia ad statum scilicet, quo ad simptomata, eo ꝙ minor pars humoris sputo expulsa sit. Si enim essent in statu quo ad coctionẽ, consentaneum est, maiori parte expulsa, in pus minime cõuerti. ꝙ si offeras, ergo qualiter est initiũ post statũ: dic ꝙ suppuratiõis, nec inconuenit post statũ accidentiũ, adhuc fortiora simptomata succedere. nam morbus aliã suscepit alterationẽ, & denominationẽ. ergo febris ipsa, erit signum suppuratis peculiare, aut de nouo, aut molestior, aut iuncta rigori. cõstruat ergo iuuenis sic. primã partem textus. cõsiderari oportet, colligẽtes fore initiũ suppurationis, a die quo homo primũ febricitauit. Secundũ alterã de expositionib⁹ dactis. Dixit secundum signũ, esse rigorẽ. Et nota ꝙ dixit de eo post febrẽ. ne crederet iuuenis, ad instar circuitionũ paroxismalium esse hãc febrẽ, ꝗ solet rigor preeire. sed alio capite. succedit rigor i tali initio suppurationis. scilicet ex acredine, et puntione talis puris circa mẽbra sensibilia. Vnde ex tristi sensu caliditas naturalis retrahitur versus partes cordis, & aliorũ viscerũ siue fit retractio a partibus proximus apãti, aut a toto. malo enim motu factu in calido nr̃i, ipsi cõpactitur cor, & cordi, corpus vniuersum. Circa quod signũ, est sat dubii, qualiter statim in initio suppurationis apparet, cum nondũ sit pus, nec sic acre. itẽ ab illa hora, semp rigor ille continuaretur, cum talis puncio non cesset. item A ui. 2. primi. de

signis apātum.cum in pus vertit,nullā de rigore mentionē fecit.q si ibi de tremore loquatur,id post rupturā apātis intelligit.quā seriē rogo contem pleris.quia verba ipsius de febre sunt dissona huic per tractationi,cū dicat sequi febrē rupturā,cū cesset,facto pure,& inferius,leniatur,rupto apāte. Itē A ui.3.4.cap.24.de isto rigore ait.inest horripilatio.in primis longioris spatii,deinde nō cessat abreuiari.Ergo saltim rigor est maior,tpe quo hu mor est min9 acris.q̄ oia,haud parū cruciāt animū auditoris.Hec materia de signis est difficilima,ideo in ea scribimus,q̄ veriora credim9. Primū est vt sit in apāte,quod vertitur in pus,duplicē concernere rigorē.Primū mi norē quo ad intensionē,qui est peculiaris principio suppurationis,cum hu mor per nouā putredinē ebuliens,& amplius calefactus incipit diffundi, & occupare partes mēbri intimas,magis ipsas pforando ad vnū se adunādo locum. Vnde bifariā rigor succedit tū tristi sensu ex solutione cōtinui.tum vaporibus acrib9.itē si pars aliqua sub forma humoris,de nouo,calore aut dolore atraheretur;vnde inde febri que apā renū cōmitatur,varios misceri rigores posuit A ui.cum ceteris scribentibus.q̄ igitur horripilacio,& si pū tum primū suppurationis mostret,& cōmitabit sic lenta,alia tépora,quia tū cessat ille nouus motus,sitq; magis materia asueta ipsi membro,non est impossibile q desistat,& sic intelligat dictū A ui. citatū. q horripilacio,fit in primis longioris spatii,post breuioris. Est alius rigor maior intensiue,& breuis durationis,& talis non est iste,textus. Sed apparet,cū primo rūpun tur apāta.quia tū acutissima materia fere tota cū impetu diffunditur sup sensibilia mēbra,cum prior,facto pure quiescat, cessante euaporatione.& sic intelligo dictū A ui.tercia. 4. cap. 28. cum cessant accidentia. Q ue sunt ex febre & horripilatione tunc maturatio adest & sanies est cōfirmata.) de alio vero intenso subitoq; rigore ait in cap.27.cum accidit rigor subito,& sedatur grauitas,tunc iam ruptio facta est. Dic tu si grauitas cessauit, iam materia e loco expulsa est.ex quo subito motu,ille intensissimus rigor fuit factus,qui tremor potest dici,eo q totus homo concuciatur. De quo tre more intelligitur,ille textus A ui. in fen.2.primi citatus. de quo.10.terci de signis permutatiōis pleuresis sermonē in hūc modū habet.& cū rūpit, acci dit tremor diuersus,dic tu a priori inquā,qui denotabat initiū suppuratio nis,eo q iste intensior sit.& sic nota,vt nihil ignores,q preter febrē illam, que simul cū rigore sequente initiū suppurationis,denotabat,alius modus intense febris,sequitur apātis rupturā, post illum intensum rigorē. de qua ipse A ui. dicto loco citato ac.2,primi vbi supra. de qua febre expresse Gal. 6. A pho.cotō illius quicunq; empici aut hidropici. Nam totū illud pus ex pulsum,libere euaporans ad cor,& ipsum contingens,magnā efficit flāmā & cōmodo non magnā, si in estatu empimatis,quod sucedit,intēsa sit adeo per plures dies.cessauit ergo febris,hoc est,linita fuit,facto pure. Iusta ve

teris sententiã. sicut & prior rigor. Sed modo, tota materia se diffūdēs, nonum rigorē, & nouam febrē efficit. que tñ, in salubri non parū post cessat, si expulso sit notabilis, & ad partes longinquas. & sic de facto, totū hoc, experientie consentaneū est. vt in pratica vidimus. De vltimo autem signo, quod apud me, est magni momēti, disseramus. ait, enim grauedinē & pondus sentire, p rigore, loco, quo prius dolore afficiebatur. primum nota, ex textu colligi, primum rigorē cessasse, cum dicatur, & si dixerit scilicet infirmus, sentire pondus pro rigore. Sed ad totā rem dubitando, nam si dolor & potissime pulsatiuus, est signū familiare in generatiōe puris ira q absq eo, saltim in exituris exrrinsecis nō iudicet pus. 3. quarti. aut saltim nō fiat pus absq dolore, ex sententia Hip. cur adiecit adueniente suppuratione, aduenire pondus pro dolore. Itē de hoc pondere videt falsum, q augeat, eo q humor plus diffundi videat, lorica aūt plus grauat humero gestata, quam in ducta. q si dicat, immo pondus augeri, q partes humoris magis adunantur ad vnum locū, illud enim sonat, colligi apostemata. queres statim rationabiliter, que sit causa illius noue coadunationis. Ad primum est multiplex solutio prima planior. q Hip. cum oīa signa erat prosecuturus talis initii, & iusta omnē autorē, sit febris, rigor, dolor, & grauitas, nō exprimēs de dolore primo, totū sic explicuit, & sentit eo tēpore grauedinē, loco vbi sentiebat dolorē, nō q desistat dolor, sed quia humor magis adunatus, effectusq tātis per magis terrestris, sentit grauedinē, non p dolore, sed vna cū dolore. quasi velit, vlterius dicere, quicquid sit de differentia doloris, quem pri9 habebat, modo, ille dolor grauatiuus porest dici, ob causam dictā. q si queris, de causa illius adunationis, sic ad grauedinē disponentis, non video, nisi maiorem humoris acredinē, incipientis perforare aliquam partem intimiorē membri, quā primam partē, alie insequūtur. vel natura expellēte, aut via vacui, aut maiore dolore, vt proxime se comprimant, & fortius expellant. Aut dic subtiliter, ex his signis, etiā finem suppurationis dedit intelligere, vt medicus rupture se paret. Nam cessare dolorē, & manifestari grauedinem pro dolore, id, est familiare puri iam cocto. sic. 3. quarti. quiescunt accidentia, & permanet grauitas. sic. 10. tert. quādo completur collectio, quiescūt dolor & febris, & augmētatur grauitas. Sed quia text9 vim facit vt talibus signis, initium suppurationis dignoscatur, ideo prior solutio est verior, vt scilicet talibus signis tribus, tanquam potioribus, & si alia possint notari, initium suppurationis cōcipiamus, a quo rupturam, in aliquem prefactorum terminorum expectabimus. quare &c.

¶ Si suppuratio in altero latere tantūmō fuerit: aduertere atq3 edis cere cōuenit in his vtrū in altero habeat latere dolorē z vtrum calidius q̄ alterum sit: atq3 eo in alterū cubāte latus requirere op3 num aliqd desuper onus illi pendere videatur. Si enim id fuerit suppuratio in altero latere fatigat vtrouis onus extitat. G A L.

Conſtat ex diſſectionisbus vt mēbranule thoracē intercipiāt a pectore peruadētes ad ſpinam, ita vt duo caua cōficiant. Quocirca nullam ineunt ſocietatem, que affligant in altera parte ſuppurationes cum his que in altera fatigent quemadmodū in illisque intra abdomē conſiſtant. In illo enim circiter omnibus inteſtinis circunfluit pus, in hac vero neq; materia dextre partis tranſmeare in ſiniſtrā, neq; econtrario que in ſiniſtra eſt, tranſmeare in dextram poteſt, & ob eam rem cenſet ediſcendū eſſe num eger in vtraq; parte habeat pus an in altera duntaxat. In pulmonia enim quotiens in ſuppurationē vertatur in vtraq; potius quā in altera colligitur pus, per coſtalem vero in altera potius quā in vtraq;. Ceterum pars affecta cognoſcitur ex differentia caloris. Calidior enim affecta pars eſt, & quia cubās eger in latus oppoſitū onus ſublimiori inſidēs parti plentiſcit. Cōſtat enim vt pus hoc collectum loco oneris ſenſum importet.

GLOSA.

Non parum perſuadetur ex preſenti textu, mentem noſtram ſuperius expreſſam, veram eſſe, q; Hippo. de apoſtematibus (hoc loco) duntaxat in regione thoracis exiſtentibus, fuerit locutus. cum de apoſtematibus in nutritiua regione, factis, inuat Gal. in cōt. q; ipſorū pus non vni parti appropriatur, ſcilicet dextre aut ſiniſtre. ſaltim que ſunt ſubſtāt, ſecus de illis que in ſede circa pulmonē fiunt. nam in preſenti ponuntur inditia, quibus, calleamus, qua parte ipſa collectio facta ſit. que deſcripta, nō fiet communis vtriq; parti, vt inde illa ſigna excuſentur, aut cōfuſum ſit iuditium. Per panniculum ergo vulgo mediaſthinum, tranſeuntē abosibus pectoris anterius ad dorſum diametraliter, thoracis regio diſtribuitur in dexteram partem, & ſiniſtram. Natura enim corporis membra ſub binario cōſtituit, & ſi non potuit, aut decuit, ipſa, diuiſione geminauit. vti de cerebro, nuchaq; notū eſt. & pro paraleſi, non infirmum fundamentum. Quod autem in parilitate eſt luchrata, 1. tert. fuit, noxam vni parti appropriatam, non fieri toti membro communem, vt reſtet ſaluti recuperande radix ſalua. incipit nāq; ſanitas a ſanitate, alio loco vidēdum. Hoc igitur fine fungitur thorax, pulmoq;, prefacta ſecatione. circa quod Gal. in cōt. de apoſtemate pleuretico clare videtur ſentire, non communicare alteri lateri. quia humor deſcendit ad ſingulas pleuras, ex via venarum peculiarum, & ſi gemina pleureſis detur, poſtquam ſuis locis ꝑxiſtit, non eſt via cōicandi, illo pariete obſtante. ſed cum de apoſtemate pulmonis loquitur, viſus eſt ſentire, tali non gaudere priuilegio, immo ambas communicare partes. ratio autem dubitādi ad dicta Gal. eſt, quia thorax diuiſus eſt eo q; pulmo eſt diuiſus, ergo a fortiori pulmo. ea particione fruet. niſi eſſet, q; Gal. loquit principaliter quo ad primum euentum apoſtematis. nam vt cum plurimum pulmo incurrat apoſtemata per modum fluoris a capite, non eſt vt quid vni parti plusquā alteri approprietur. Poſtquam autē alteri partiū contingit, non eſt modus

prefacta

prefacta diuisione, q ab altera vindicet, secus in pleuritide, & ideo si atten dis ad verba Gal. nõ sunt negatiua, sed comparatiua, vt apostemata pleure sint minus cõmunia ipsis, que pulmoni accidnut, & illud est verũ. Ad prin cipale igitur procedẽdo, primo offertur, hunc textum esse summe inutilem. nam ad quid prodest illa cognitio? Itẽ super re sic gnota, quid oportet signa multiplicare, none ante suppurationem, liquido concipiebamus, qua parte dolor infestet? imo absq; eo, quis flobotho. primo initiabit ex latere opposito vel eodẽ? Dicimus q sufecuit in actu prognostico, & cruatino, nã scimus affectum sinistrũ magis infestum. itẽ gemina affectio periculosior erit simplici. ac dat inditium celerioris rupture, aut tardioris. ac vt localia rectius applicentur. Item vt arte, facilius rumpatur apostema, nam iacere super eadem particula accelerat ruptionẽ. Item ad apertionẽ chirurgicam, si empicis, ex talibus apostematibus necessaria fuerit. Ad secundũ dic, sepe medicum vocari tarde, rupto apãte, aut non plene informari medicũ, aut ipso dolore minime informari, vti si sit in pulmone, qui in sui substãtia for sam est priuatus sensu. item q ita dolor est in partibus mediis, vt eo vix sit discernere, qua parte collecio cõtinetur. nisi signis hui⁹ textus cõducamur. q si plane, quo laterũ sit, ignoro, statim presumo ambo latera occupare, & inde magistimeo. Est etiam cõsiderare, si textus Hip. potissime intelligi tur de apostemate ante ruptionẽ, an postea. & q prius, videtur, nã signa doloris & ponderis, ante rupturã sunt intelligenda. Itidẽ grauari, iacendo super latus sanũ. oppositum, quia A ui. in cap. de empimate ad discernẽdum locũ puris, vtitur tota hac sententia. & cõstat empima, esse puris adunationem in cauo pectoris. & ita Gal. cõt. sequẽti. ita contẽplari sonitũ, & cõmotionem puris, cũ eger ex vno latere in aliud agitatur, non pertinet ipsi puri ante rupturã, de quo signo A ui. crederem, scẽtiam Hip. ante rupturã intelligi, ex fundamẽtis prioribus, & si post, intelligi nõ obstet. potissime cũ empimos, textu sequenti. doceat iam specialiter cognoscere. quasi habito in hoc textu, q rupto apostemate locus pasionis dignoscat, que tñ omnia, clariora in sequentibus fient. Quicquid ergo sit de tempore, quo collectio sit, ad verificãda signa posita ab Hip. perueniamus. est igit̃ dolor, primũ. Iusta id Hip. in. 4. apho. & vbi dolor, ibi egritudinẽ natrat. estq; calor, nam cum pus per modũ ebulitionis fiat, partẽ, que pus habet, liquido cõstat, calidiorẽ reddi. & vbi calor, & dolor, ibi apostases sunt. ex Hip. eadẽ. 4. apho. ac ad hunc discernendũ calorem, scis A ui. ꝓprio cap. citato. introduxisse artificiũ quorundam, vt liniant partes pectoris luto aut macra rubea disso luta in aqua, & pars q̃ citius exicatur, est ea, que pus cõtinet. Scis etiã. 1. tert. q pars que linita oleo, citius exicatur sicior est, nisi sit calida. Calor. n. multo plus & citius exicat, q̃ sicitas. videndũ in alio ꝓposito. cap. 4. tracta. pri. in fen. 14. tert. de pondere aũt, sic formatur inditiũ, vt verso infirmo modo

super vno latetum, modo super altero. pars alta, suspensa super vacuo pectoris, grauat admodũ, cum nõ sit firmũ, cui hereat. & sic infirmus sentit illud pondus, quo denotatur locus pasionis. Quod tamẽ signum, habet duplicẽ difficultatẽ. primo ꝙ Aui. dicat cap. de signis periplemonie, ꝙ dempta resupinatione, videanẽ ex vtroq; latere suffocari, & eque affligi. dic ꝙ talib⁹, minus suseruit, ꝓpter eũ affectũ frequentius esse cõem. si tñ ad vnũ latus magis inclineẽ, cõducet tale inditiũ. nec tales resupini, meli⁹ se habẽt, nisi quasi sedeant. ob qd̄ ego põdero verbũ Aui. de signis pulmonie vt iacere sup colũ nõ sic absolute sup spinã ne obuiet Gal. in. 1. cõt. illius si residere velit. Ego aũt oẽs ptisicos, q ad manus meas ꝑuenire, sẽp magis cõqueri de spatula sinistra vidi. & tu da causam. Scd̃a difficultas est, ꝙ in signis malis pleuresis habeẽ, ꝙ est doloris additio, si sup loco doloris iaceãt. ergo videẽ, ꝙ alleuiatenẽ super oppositũ iacẽdo. & tũc tale inditiũ ex pondete, nõ erit possibile. Dic ꝙ in vera pleuresi, ob suspẽsum põdus, sẽp super latere sano magis grauanẽ, secus in nõ veris. & si in veris affliganẽ sepi⁹ magis, sup infirmo iacẽdo. ex tussi, & cõmotione, quia pulmo sic, erugini emanãti ꝓprior fit. vnde ptisici, si dormiũt super sinistro, vrgẽti crucianẽ tussi. sic ꝙ ipsimet caueant talẽ accubitũ. in signis aut male pleuresis, nec mirũ grauentur cubando ad idem latus. quia multũ de humore significatur, ꝙ verã & non verã pleuresim simul representet. Qualiter aũt pus, qd̄ a pleura cõcipit pulmo ex eadẽ ꝑte expellat, & sic qd̄ in pulmone cõtineẽ, & si ex pulmone rupto, ad pect⁹ diffũdaẽ, & iterũ in pulmonẽ se racipiat. ꝑte vide. q̃re &c.

Quibus signis cognoscuntur purulenti. Caput. xi.

OMnes agnosci purulentos his inditijs conuenit. Principio si febris non dimittit: sed inter diu tenuior noctu vehemẽtior est. Si copia sudoris elicitur: ac tussiendi cupiditas est: nec quicq̃ tamen dignũ cõmentatione expuunt. Si oculi caui redduntur: maxille vero roborẽ trahunt: & vngues manuum curuantur: digiti vero potissimum summi calescunt: atq; in pedibus tumores consistunt: neq; cibum appetunt: ac pustule circa corpus erumpunt. GAL.

QVICVNQVE pus obtinẽt intus in corpore vniuersum siue cõditũ ante in ꝑte affecta inflãmatiõe, siue etiã post eruptionẽ noies tales purulẽtos licebit. Sed medici assolent solos, aut potissimũ eos qui in thorace ac pulmone talẽ habeãt affectionẽ purulẽtos nominare, tale vero pus post eruptionẽ inter thoracẽ pulmonẽq; cõtineẽ, id nisi cito excreeẽ, tabidi intereũt febricitãtes tenuiter calore noctu crescẽte; id accidit oĩbus febricitantibus ethica febre, nõ ratione affectionis nocte augẽte in illis febrẽ, sed ex quodã accidẽti qd̄ inquã tale existit, per febres ethicas nomine partes ipse corporis solidiores ignitiores euadũt, ob id igitur assidue febris subsimilis manet colorẽ obtinens perinde vt calx debilẽ contingẽtibus. Itaq; quotiẽs

existant

hesitent,ac bibant simile quiddam, accidit ꝙ in calice euenit aqua perfusa quo fit vt contingentes exterius egrũ:multo calidiorẽ persentiãt. Ego vero vobis eam rẽ persepe ostendi in egris alias alio tpe a lẽdo ita febricitantes: vt crederet is id illis propter alimentũ euenire nõ ratione effectionis. Perspicue enim apparet incidere calorẽ febriculosum vna cũ tempore alimẽti: statimq; adhibito augeri cibo:& q̃ maxime vehementẽ per diductionem illius apparere. Sudores vero continui eliciuntur propter viriũ debilitatẽ eo ꝙ diductum alimentũ desicatur. Quinetiam tussiendi cupiditas,idest, voluntas est:nec quicquã dignum cõmentatione expuũt. Si enim aliquid excreassent:neq uaq̃ purulenti euasissent. Ceterum causa ob quã nihil expuũt triplex est:tum puris ipsius lentor & crassitudo:atq; etiam continẽtis pulmonẽ membranule condẽsitas:tum etiam debilitas in egro facultatis. Porro oculi dixit caui redduntur. Id cõmuni est omnium lõgarũ febrium: sed potissimũ earũ que perspicue exicent. Gene rubent propter calorẽ in pulmone:& item tussedinẽ. Hec enim ambo calefaciunt vultũ & omne caput:quia ex defluctione in pulmonẽ decumbente vapores in ipsum redũdant. At vero vngues curuantur:quia firmãs eos vtrinq; caro consumitur Itaq; digiti quãquam refrigescentes magna ex parte in morbis diutinis:tũ per oẽs ethicas febres calidi permanent. Siquidem he solidiores affecerũt potissimũ corporis partes sane in sũmis perspicue calidiores apparent non in partibus exterioribus:sed interioribus: vbi carnulentiores existunt, Causa vero perspicua est:si in memoria herent:que sunt de cibo ingesto paulo ante perscripta. Vbi enim humor largior inest dilucidior in his sedibus calor euadit. Procedente vero tempore pedes eorũ intumescunt totius corporis extinctione inde incipiente. Quippe quod partes ab origine lõgissime absunt tantisper iam cibum fastidiunt.s.appetendi facultate pariter cum aliis extincta. Pustule quedam erũpunt derodẽte sanie in corpore collecta talem enim Hippocrates illarum haberi docuit generationem secũdo libro de morbis vulgariis:dum ait. Sanies in cute existit:ibiq; cõprehensa calesit. Talis enim sanies in reliquã cutem quecunq; laxior est se insinuans in exteriori eius superficie vt pote densiori subsistit. Porro hanc dirimit & ab intima abũstit sede:atq; in ea collecta pustulas gignit. GLOSA.

Tria huic rei principaliter attinẽtia, sunt vcusq; prodita ab Hip. scilicet principiũ suppurationis, locusq; suppurationis, ac terminus ruptionis. nũc vero transit ad signa, quibus tales purulentos cognoscamus. & purulenti vt ex Aui. cap. de empimate. ac ex Gal. in presenti cõtõ. de pure in quacunq; cauitate adunato dicitur, sed speciatim, ad thoracis regionẽ contrahitur. & in presenti intelligitur. ¶ Sed cũ ex eodẽ Gal. in presenti cotõ istud nomen destribuatur; & ad pus contentũ sede affecta ante rupturã, & rupto ãpãte principalis puntus istius lectionis est videre, quomodo intelligitur Hip.

& duo

& duo sunt, que fundant principaliter, Hip. intelligere ante ruptionē. Primum q inferius, euasuros dicit releuari a febre in die rupture, sed constat potissimum signum huius textus, esse febrem permanere. item, & textu sequenti ait, que igitur suppuratio diurius imorarur, talia habet signa, que scilicet hoc textu affirmantur, quibus oportet credere. Sed quecunq; breuior est, duplicitate inspirationis, & tribus illis signis, quibus supra initium suppurationis ostendit, dignoscenda venit, sed signa ista de pondere. &c. nullo pacto rupto apostemati congruunt, igitur. Hanc partē sequitur Thadeus, & est planior, quia tamen non obest ingeniis acutissimis altiora rimari, teneri potest, etiam rupto apostemate intelligi Hip. que primo fundātur in dictis Gal. in citato cōmento. nam si pus de vtroq; dicitur, contēto in sede, & diffuso, nulla alia signa possunt esse, ad sparssum pus accomoda magis prefactis. Item in presenti cōmēto incipiens verificare signa, inquit. id tale pus post eruptionem in spacio thoracis continetur, quod nisi ci to expellatur, in tabidam febrē transeunt, & moriuntur. Sed signum huius textus, est tabida febris, ergo. item A ui. cum describit, pleuresim permutari ad supputarionem, non vtitur his signis textus. imo istis vtitur, cū empimos in ptisim properare credit. quod fit apostemate rupto. quod firmius stabilieris, si opposita fundamenta plane solue tis. & ad primū dic, non omnem euasurum releuari a febre, in die rupture, bene si totum pus ad longiu quam regionem diffundatur nam plurimi empici expurgato pure in 40. diebus, iuxta Hip. releuantur. Sicut ego vidi iuuenem, qui vicit eā quantitatem putis notatam ab A ui. & complete cōualuit. & constat tales, non releuari a fabre, Er si forsan in die rupture, per aliqd spatiū videantur alleuiari. quod satis confirmatur ex dictis A ui. in. 10. terci. tract. 5. cap. 5. cum ait, & in huiusmodi quidem hora, est necessaria confortatio virtutis cum carnibus, & cibo temperato. & non consideres febrē, & non dimittas dare carnes timore febris, nam ipsa febris non sanatur, nisi pus mundificetur, & deffecta virtute, est impossibilis mundificatio. Hec A ui. constat igitur q euasuri simpliciter, & qui ad vtrūq; latus incolumitatis, & mortis nō inclinātur, releuabūtur a febre in die rupture, pure ad vesicā, ad secessum, aut ad aliū locum transmisso. Sed tales non possunt dici proprie purulenti, sicut illi quibus ad cauitatem pectoris diffunditur pus. Secūdum, quod offerebas ex textu sequenti. Dic q suppurationē diutius imoratā, & sub pessimo statu existentē que finitima est ptisi, cum hoc textu significauerit, statim innuit, que signa erunt ad alias minoris temporis, & que nō perueniunt ad rā dubiā speciē. Non ergo habeo. q de suppuratione rupto apāte, non possit intelligi. Est alia ratio Thadei fortissima. q inter signa presentis textus, ponitur vnum, vt scilicet non expuant aliquid notabile, nec cōmentarione dignū. Sed si textus, rupto apāte intelligeretur, copia esset screatiōis, ergo intelli-

intelligitur ante rupturam.dic ꝗ Gal.in cōtō,tres causas assignat difficilis screationis.prima est crassicies sanici,spissitudo paniculi velatis pulmoné, & imbecillitas virtutis expellētis. Et cōstat ꝗ eisdem causis:& si in cauo pectoris pus cōtinearut,difficulter expuetur. Et ita in malū statum rrāsiruris: de quibus Hip. intelligit.nullum signū ꝑprius,nā si mundificaretur nequaꝗ̄ putulenti euasisent,& inde ptisici.quis enim credet,& ad vnguiū curuitatē,& pedum tūmorē,oculorum cauitatē,& talia,peruenire, nisi putulentos moritutos,& pessimo statu constitutos.quod fit rupto apatē, & minime expurgato pure,potissime ꝗ rupto apāre in pulmone,actu est ptisis ex vlcere ipsius,ptisicū autē quis curauit? Dixit enim in cap. de vlceribus pulmonis ipse A ui.ꝗfacta ab apāte,aut cortosione,impossibilis sunt curationis,aut saltim sūma cum difficultate curantur. Quod dico,protet dicta ipsius in capite de signis periplemonie. vbi habet, ꝗ si mundificatur in.40. diebus bonum.nec expositionē gētilis ibi,quod intelligatur per resolutionē,acepto,nō est enim visa pulmonia expurgata per screatione absqꝫ pure tandiu protogati.potissime cum A ui.protulit illa verba,post hec. Et sputum quando fit saliuosum dulce, iam fit empima. Sequitur verbū precedens,& si mundificatur in.40.diebus bonū. Ergo ad ingenium excitandū, ambas obtulimus positiones. Est altera,quod apostemate rupto, pessimū statum purulentorū describat per signa istius textus,qui purulenti vt plurimū moriuntur,& in ptisim perueniūt. Oprimū autē statū,discribet infra eo textu.hi vero potissimū supersunt. Prima opinio est,cui magis herremus, ꝗ apāta supputata harum sediū, que multū differunt rupturā, puta ad.40.aut sexagessimū diem conducant ad pessimū statum, & habeant oīa & potiora signa huius textus. Procedam⁹ ergo iam ad verificationē signorum positorum in litera.& primū est febris que non dimittit. Ob quod iustum est enodare,cuius generis sit illa febris. Gal.discribit ipsam ethicam. & sic verificat illam contingentiam ꝗ calidiores sint in nocte quam in die. Primo dicimus,ipsius febris assiduitatē fundari in permanentia & ascensu vaporū ex pure ipso. qui cor ipsum tangūt. secundo ex mala euētatione cordis,ob nocumērū pulmonis. Sed prima est pricipalis,alias oēs asmatici febritent,quod tamen falsum est. Dico.2.ꝗ & si Gal.in presenti cotō. halia 9.theori.cap.2.tasi⁹.4.continentis,dixerint hanc febrē ethicā esse. & potissime que ptisim insequitur. ꝗ̄ arabes subtilē vocār, aut quia exilis est ad tactū,aut ꝗa corpus attenuat,& rabidū reddit. verisimilius est,hāc febrē,esse puttidā humoralē,reducibilē ad humorē.cuius est illud pus. cū causa ipsi⁹ sic vapor putridus. Verū extat, ꝗ tota rō pendet,si calot cordis et mēbtorū ꝑpri,finito eo pure,sit fact⁹,aut fiens. Vnde si expurgato pure,quis euadit nulla curatione adhibita ad factū calorē,cū nō ꝑmaneat, cur non credā prioribus tēporib⁹ putridā esse:& huic proposito,alludit ea sñia A ui.in.c. de signis

de signis ptisis cũ dixit.que sit vehemens cũ cibo in nocte secundũ partem. qđ verbũ (secundũ partẽ) legitur castigata litera. secũdũ modũ, quo scilicet vehemens fit cũ eo, febris ethica. Quasi dicat, esse simile ex diuturnitate, & gracilitate ad quã ducit, ipso corde sic intẽperato, & tñ ꝙ vere ethica nõ sit. Quod tamen nõ cõtradicit, ꝙ etiam ex cibo super calefiat, quia hec humoralis, non habet copiã vaporũ defusorum ad totũ. vt maiori ipsorũ calore, iis, qui ex cibis minime percipiatur. Verisimilius est tamen, sepe ipsã ethicã esse. & si possibile sit, ãbas cõplicari. potissime si dispõnes precessere ad id disponentes. puta catarii diutini, corporis gracilitas, paterna obligatio. De quo, genti in extrauagantibus fecit propriũ dubiũ. et cuius mẽbri apostema, citius cõmitetur ethica febris, & cuius mẽbri humidi penuria, celerius dignitate lesa cõpareat, & si intermitens febris complicatur, que deterior sit, si quintana, aut similis, none hec scripta sunt. 10. de morbis curandis. libro de tabe, primo epidimiarũ & aliis locis. Fit autem ea febris valdior in nocte, ꝙ exicatis mẽbris ethici, & ipso calore sopito, transitu alimẽti ea hora ad ipsa membra, excutitur calor, presentia humidi & vigorosior fit, antea minime imprimente, admodũ ignis in cineribus latitantis. Ob quod etiã post quencũꝗ cibũ ad horã vnam, ea parte magis rorida arrepta a membris, ille effectus videbitur. & si in nocte ob copiã alimonie digeste ad mẽbra, ac vt minime distracti ad externa spectacula, nostros conquestꝰ plus percipiamus, libro de motibus dubiis, clarius percipitur. nec in presenti conferã manũ, cum Auerroi. qui coliget. 4. sic mordet Gal. de illo exẽplo irrorate calcis. nec cogor dicere, quã prõptius ethici ex cibo calefiunt, aliter febrientibus, potissime si cibis liquidis subtilibus reficiantur, vt sui moris est, morbo minante ruinam. prima. 4. sat discussimus publice legendo eum passum. Est aliud signum. sudoris copia, de quo breuiter duo puncta. qualiter ad sudandũ prõptius se habeant in somno, & quare purulenti adhuc aptius. Est igitur caloris naturalis vnio, & fortificatio, quo fit, vt humor, qui aliquali crassitie euapotationi innobedit, atenuatus magis, diflari non ꝓhibeatur. cedatꝗ superfluũ qđ poris continetur, noue alimonie digeste, ac cũ calor in exterioribus, non sit eo tempore acutus, potius sensibiliter, ꝗ̃ occulte difflatur. Ob quod Aui. 2. primi de somno. ꝙ oẽs cohibeat fortes vacuationes, nisi sint ad partes cutis. nec obstat tempore vigilie, ambitũ totius magis expurgari, id enim occulta difflatione intelligit̃, cũ materia obsui subtilitatẽ obedit. ob qđ ibi Aui. sudorem nãꝗ efficit somnꝰ ßm modum exuberantis materie. Hoc est circa materiã, que sic habũdat, vt occulte nõ posset vacuari. ¶ Hoc aũt in purulentis & ptisicis fit ob dibilitatẽ cõtẽtiue vt humiditates nõ regantur a natura. ea enim est altera causarũ vacuatiõis a toto, primo huius & 4. Aph. & secũda. 4. & sic Gal. in presenti. exsicat nãꝗ alimentũ ipsũ, bona parte sup calfacta, ac in vaporẽ dissolluta. Sed adhuc

nō tetigim⁹ causā principalē, cur in nocte puruleti propētius sudēt. q rogo, audias, nā licet illud familiare signū, vt ipso solo prisicos pronūtiē, & non decipiar. Est igit, q inspirent cū difficultate, eo q tales passiones vehemē tius vrgeant in nocte. 1. apho. cōt. illius paroxismos. Cū igitur sic pessime inspirēt. tota ea pars vaporū, que in vigilia respiratione expellebat, nō sic expurgata accidit, vt versus alias vias expulsionis a natura dirigat, & apti⁹ ad sudorem. ex quo illa litera A ui. in. 2. quart. cap. 68. de causis sudoris. in qua habetur, vt somnus faciat plus sudare vigilia, quia in somno, nocumen tum anhelitus est paruū. corrupta est, & legitur prauū. quia semper ob labo rem sudamus. ob qd raro in somno sudamus, quin prius solertissima natu ra, aliqd laboriosum obiiciat fātasma. vti p pulchrā formam ad venerē ex citat. q causam apptecia. Est aliud signū. maxillarū rubedo. de quo sat fuse, scrisi. 2. pri. qd ex difficultate anhelitus, vt in tibicinibus. a scēsu vaporū, ac tussi, integrat. sicut de vnguiū gibositate, ibi satis late. est igitur in summa talis simpthomatis causa, carnis cōsumptio sub vnguiū lateribus, vnde gi bosi seu curui vident. ac ob calidū ipsum exacutū. Quare aūt illa caro, que digitis subest, celerius cōsumat, est, q ille tales partes vehemētius calefiūt; vt in presenti textu. & nō solum talia loca immo que in taseta sunt, & demū vbicunq arterie ipse magis patule offeruntur. quia illa sopita caliditas, ob humorē illarum partiū magis viuificat, & crescit. ad quid aūt iuuet earū partium balneatio, alibi videbis. aliquid inuenies p A ui. 2. tett. de spasmo inanitionis homogeneū huic proposito. Sed cur p excellentiā, digiti & po tissimū pulpe interiores magis ardeāt, nondum expressum. visum fuit mi hi, ethici calorē tantū igneo calori vicinati, vt minime a natura guberna tus, ad extrema semper inclinetur diffudi. ob qd in mortuis dū primo ab soluitur anima, & si immediate frigidi essent, calor totum occupat corpus, prosiliēs e carcere simul cū anima. facitq ad illū calorē ingentiorem, vt p pulsus ad digitos, nō vltra diffusus, ibi vniatur. Sentitur aūt in pulpis ma gis, quia partes humidiores, itē quia pars tēperatior, & oīum facile tēpera tissima, videndū. 1. pri. ob qd intemperie, magis afficie in sensu caloris. ex quibus oibus integre eris satisfactus. Tumor aūt, qui pedib⁹ succedit. pre suppositis causis de quib⁹ in principio hui⁹ secūdi diximus. pēder, q iecur, his mēbris lesis cōpariat. videndū plurib⁹ locis & clare. 10. ter. p A ui. cap. de signis permutationis peripleumonie, ad empima. quod ego infrate quodā dñico plane vidi dum sub preceptoribus visebā infirmos. Pustularū autem q circa corpus erūpant. causam assignat Gal. q pus collectū in corpe, dero dēs cutis ptes, tales pustulas seu vlcerationes faciat. sed i veritate cū reuerē tia Gal. si istud pus text⁹ hui⁹, adhuc sede ipsa affecta cōtinet, nō video vn de i pustulas prumpat. nisi ea pte cutis, q finitima est tali apostemati. cre derē ergo, santi⁹ dixisse, ex calore incēso, defectisq coctionib⁹ hūiditates

acies

acies cum alimonia transire, que in partibus variis corporis pustulas generent. ad instar hidropicorum, quibus pustule non sanātur ex Hip. & hi, forsam tales sunt, cū publicum pedum habeant tumorē. Facile est deinde verificare reliqua signa textus, ob quod supersedeo. dempto quodā, de quo, & si Hip. in presenti nō faciat mētionē, A ui. fic. in cap. de empimate. & est φ sermo horum est velox. ita vt vulgus notet per loquelam plurimā, & velocē, ipsos ethicos. causa est, quia dum loquimur, nō atrahimus aerē, immo expellit percussus ad epiglotū. cum igitur hi empici male inspirēt, veloci tant sermonē, quasi inde celerius inspiraturi. & est causa singularis, q̄re &c.

¶ Quecūq; ergo suppuratio diutius immoraf: talia habet signa: quibus admodū credere cōuenit. Quecūq; vero breuior est his indicatur signis: qualia inter initia existunt & item si eger difficilius spiret. G A L.

Recte dixit credendū esse diuturnioris inditiis suppuratiōis, adeo eā valida sunt potestate, vt nullā de se relinquāt ambiguitatē. Breuiorē vero cognoscendā esse ex inditiis antea predictis ea vero sunt rigor, febris, pondus, & si q̄d ex dictis a suppuratiōe existat diutina & si eger difficilius quā antea spiret, id vero accidat necesse est ꝓpter angustiā pulmonis, quotiens pus inanes thoracis prehendat sedes. GLOSA.

Gal. sentētia in hoc cōt. illo passu. (id vero accidit.) clare fundat, hos purulentos difficilius inspirare, ꝓpter angustiā pulmonis, quotiēs ipsum pus inanes sedes thoracis occupat. q̄d si bene cōtemplemur, purulētos illos dicemus, qui pus iā vacuo pectoris fusum habēt. q̄d minime, apostemate nō rupto locū habet. vt sit distinguere, inter purulētos iam diuturnos & breuioris tp̄is. Sed tūc oportet memorari, eorū que supra quesiuim⁹ eo textu. (cōsiderari oportet.) an illa signa pōderis, rigoris, & febris, etiā apostemati rupto quadrarēt. pure iam dispersō ad pectus. ob q̄ semper desiderātes veriorē sequi sententiā, clarius est dicere, ante apostematis rupturā, hūc textū loqui. nec verba Gal. in calce istius cōti. citata in principio glose, oino pugnant. nā dicit pus ocupare inanes sedes, adhuc cōtentum in pleura versus cauitatē, q̄d coartat magis pulmonē, alio apostemate, q̄d paulatine resolui tur, qa suppuratū, sub maiori tumore cōseruat, exiguo de humore expurgato. Ob q̄ dicimus Hip. mentē hāc esse, ex cōditione humorū his sedibus contentorū, aliisq; circunstātiis, apostemata q̄ suppurant, in varios differri terminos. vt supra ꝓmissum fuit. que igitur indistantē terminum differuntur, sic certe, & liquido, muniuntur omnibus signis narratis precedenti textu, vt ipsis perpensis, nō sit dubitare, talem purulentum esse. imputaretur q; Hip. ad defectum, si oēs purulentos crederet talibus signis preditos, ob que, ait, & si de visis priori narratione, etiam breuioris temporis purulentos, committetur signū aliquod, vti appetitus prostatio, tussiēdi cupiditas, cū sputi priuatione, nequaquā omnes ad ita viciosum statum veniunt,

vt vngues curuētur, caueāt oculi, pedes tumefiāt, immo ea, potius ptisim, quam empima indicant. Sed recētiores purulentos, cognosces per illorum trium signornm, que principium collectionis indicarunt, & firmius, visa magna inspirandi difficultate. de qua Aui. in cap. de signis permutationis pleuresis ad empima ait, cum non mundificatur in. xiiii. diebus, iam permutatur ad collectionem. & significat ipsam, duplicitas anhelitus, & constrictio ipsius, & duplicitas apud dilatarionē qui anhelitus duplicatur, sicut in pueto plorante. ex dolore intercipiente dilatationē, & magna euentandi necessitudinē. sicut de caprizante, aut martelino pulsu, alias habet videri: Hec autem euentandi necessitudo, magis cōfigurata est calidis materiis, que disponunt ad celeriorem suppurationem. ideo hoc signū adiecit. sicut forsan signum de rigore & febre. Illud namq; de pondere loco doloris, nō videt, cur frigidioribus apostematibus supputandis discōueniat, nec minus alia duo priora. cum alias, non esset signū, quod principium suppurationis significaret in frigidis. sed sufficit Hip. q̄ ad signa tot, & sic publica, non perueniunt, nisi qui assiduitate febris fere ad tabem conducuntur. quod prolixum spatium desiderat, quale frigidioribus apostematibus con gruit. Ob quod Thadeus temperet sententiam suam. quare &c.

¶ Que vero citius ac tardius rūpitur: talibus cognoscat signis oporet. Si dolor inter initia extiterit: item difficultas spirādi: necnon tussedo atq; etiam screatio perseueret: vigesimo die expectari aut etiam antea ruptionem oportet. Si vero continentior fuerit dolor: et alia omnia in his fuerint ex rōne postea expectari oportet eruptionē. Sed preterire necesse est et dolorē et spirādi difficultatē et screationē anteq̄ pus excernat. GAL.

Ex quibus vt eruptionis periculū immineat suppurationis ex his ipsis inditiis vt celerius id accidat cognoscas licebit. Ea sunt dolor difficultas spirandi, tussedo, & screatio. Si igitur continenter & vehementer infestent, celerem fore significant eruptionem. Si vero non cōtinenter affligant nec vehementer, diuturniorem. Ceterum necesse est deroso obuoluente pus corpore ab acrore eius dolorem fieri ob idipsum. Porro tussedinē & screationem, quia sanies quedam tenuior obductum penerret corpus. Spirant vero difficulter etiam propter vniuersam corporis conditionem, sed precipue preter accidentem dolorem. GLOSA.

Ruptio iudicar suppurationem, sicut vacuatio commotionem. vt parum post talia, differatur. ob quod suo modo, eadem sunt signa que suppurationē & ruptionē significanr. vr que denunt ient citiorē suppurationē, sic & celerem rupturam. secus que tardam, vtroq; modo. Litera ergo antiqua, nō prosequebatur, nisi apostemata celeriors rupturre. pura ante. xx. diem aut in ipso, quia talium suppurarionē indicauerat. Aiebat ergo, si difficili anhelitui, cū infirmus notabiliter incipit screare, dolor augebat, signū est p̄ mutationis

mutationis ad pus. Quia rationabiliter cũ screare incepisset, dolor habebat remitti, humore minorato. si igitur nõ, id est, ꝙ ebulitione & puris genitura dolor intendatur. Iusta sentẽtiam veteris, qđ bene de pinxit Aui. de signis permutationis pleuresis cũ ait. & significat initium eius in ascẽtione vehementia doloris prius. i. illius doloris intensio qui prius erat. Si igitur cito ad pus vertitur, cita erit ruptio. Quia tamen prestãtius est cũ veritate, sententiam facere generaliorẽ, inde litera noua ambobus motiuis satisfacit scilicet, qualiter ruptio dignoscenda venit, & que. 20. die, & que tardior fiet. Que sentẽtia videtur clare fundare, apud ipsum, nondũ rupta fuisse apãta de quibus precessit sermo. & si illa signa diuturne collectionis, plane ruptis congruãt. Quod totum singulariter Aui. in cap. de signis permutationis pleuresis cũ ait. & ruptura saniei si est in die septima est ex eis que raro nominantur. sed rupture post illud vsq; ad. 20. & 40. & 60. tunc suddit ad propositum totius nostre litere. & quanto fiunt accidentia collectionis vehementiora, erit eruptio velocior. Et quanto fuerint lẽta magis, erit eruptio tardior. Et propie febris existens de sũma accidentiũ, quod verbũ Aui. & proprie febris obscurum est. Et vult dicere, ꝙ in collectionibus que tarde suppurantur, febris est lenta. que febris, est de sũma accidẽtiũ. hoc est, ꝙ illa febris est accidentalis. quia ob humoris craſiciem, solum pro tempore intẽse putredinis. Sed circa signa celerioris ruptionis, potest dubitari. qualiter screatione perseuerante non fit mundificatio, que securet a suppuratione, dic, quia id quod expuitur nõ est laudabile, ac non screatur, quod sit notabile, & post. 14. diẽ, adhuc perseuerat screatio, que scilicet nõ mundificat, q̃ oĩa summi possunt ex Aui. cap. citato. Nam si omnino cum tusi, doloreq; intenso, moxq; a principio aparente, screatione priuarentur, potius preuenirẽtur morte suffocatiõis, quam in collectionẽ apã colligeretur. Notãdo etiam, ꝙ cum perfecta coctione, oĩo accidentia in hoc morbo delitescant, ꝙ si tusedo perseuerante screatione permanet, non est illa screatio que mũdificet, sed q̃ suppurationẽ minetur. Cum igitur ex. 5. A ph. cõtõ illius athetano habito. A c aliis locis, plane colligatur, seuũ morbũ naturam diu non tolerare, talis se offert iste, cui mox a principio intensus dolor, inspirandiq; difficultas, ac reliqua in sunt. ob quod ruptio que instar crisis est, nõ in multum differetur, iusta acutorum morborũ conditionẽ. Dicit deinde autor. Si vero continentior fuerit dolor, hoc est leuior. Sic enim cõtinens in moralibus dicitur temperatus, Sic & alia accidentia sint remissiora, oportet ruptionem magis prorogari. Sed si talis pleureticus aut similis expers sic aliquo tempore accidentiũ acumine, saltim accedente suppuratione, impossibile est talia que narrauit non preire, nã iusta sententiã Hip. circa ipsius puris generationẽ. fiunt dolores & febres. Notaturq; deinde, illã screationem non esse necessario puris, nam talis manifestior erit ipso apãte rupto.

Scd

Sed expellitur ille humor, qui coctionem patitur, & promptius deponi potest. morborum ergo properantium crisis non est tarda, nec tardorum velox.. quare &c.

¶ Si vero potissimum supersunt: quos febris eodem dimiserit die post eruptionem: ac cibum citius appetunt. G A L.

Hic sermo oĩs ab hac incipiẽs dictione totus pspicuus est. si in aĩo existũt ea q̃ sunt antea pscripta. Omittẽs igiť eũ, ad pxima venio. G L O S A.

Principiũ glose nostre super hoc textu, quandoquidẽ litera hec recẽs sit succinta, Gal. q; etiã adeo breuiter se expediuit, erit, antiquã literã textus apponere, vt inde clarior fiat sententia ipsius autoris. sic igitur habet. Et quos febris in die rupture dimiserit, eos euasuros enuntiabis. tum ipsi cibum appetunt, & non sitiunt, & modicum & coniunctum est quod egerũt, pus quod eiitiunt album est & lene & per totum equale & sine labore. & cum modica tussi, & in breui sanantur. prope hos sunt qui proxima signa signis horum habuerint. Quos autẽ febris in die rupture non dimiserit & quasi furtiua postmodum inuaserit & afficiuntur siti & fastidio cibi, & egerunt molle & pus quod iactant liuet, & viret & flegmati admixtum adq; spumosum, his signis pertractis perituros non dubitabis. qui vero quedã horum & non omnia habuerint, eorum quidẽ hi moriuntur, hi vero in vita manebunt, vtriq; tamen difficilem exitum consequentur. Hi tamen tuo prouidenti iudicio discernentur. hec in antiqua litera. Si memores sunt illius screationis biliose puri associate, qua visa in. vii. die, ad. xiiii. mors promittebatur. non erat eam preterire legem, nisi bonum aliquid illi acciderit. & quali bono cauebatur ea sic destinata mors, haud pigre adiecit eo textu. bona vero talia sunt. quam seriem compleuimus ex antiqua litera. non secus profecto in presentiarum, prepositis morosis ac celerioribus ruptionibus ipsorum suppuratorum, signa addit, quibus releuandos a morituris dignoscere valeamus. & licet pro iuuenibus antiqua litera quatuor partes habeat, vt prima penes omnia inditia salutis, infallibilem salutẽ pmittat, deinde per recessum aliquem ab illis signis, aliam valitudinem teniuorem. Deinde in signis malis, alios duos gradus, alterum indubitate mortis, alterum vero sic dubie sortis, vt si superstit, per varia rerum discrimina portum consequatur. Hippo. si gaudemus breuitate, sufficiat nobis recens traductio, que duas habebit conclusiones. alteram expressam, pro releuandis, si inquam febris eodem die post eruptionem dimiserit, ac cibum citius appetant, quam solebant. alteram subintellectam oppositam huic, pro morituris, sub contrariis significationibus. Pro prima igitur cõclusione, sit talis ratio. vbi certificatur, morbum recessisse, viresq; naturales ad pristinum restitui statum, est salus firma ac indubitata, sed febrem dimisisse, & appetitum inualescere, id indicat, igitur. nam potuit appetitus reuiuiscere,

uiscere, nec inde bonum absolute promittitur, cum inde fortius abstinent. Iusta sententiam Hip. in.2. apho. potuitq; morbus recedere, sed forsan simul & vita chadmice. vt alias ostēsum est. Vtrunq; tamen non fallit. si morbus recedat, & virtutes restituant. q; si prefactis duobus signis, addas que sentit vetus litera, quid firmius? Sed quid significet, febrem post eruptionem cessasse, secundo si id, est possibile. ille Thadeus dicit. significare cōplectum dominium nature super materiam morbi, quam suppurauit cōplecte. vnde expulsa ad cauitatem thoracis, non mansit aliquid humorale in particula sub malicia aut corrosione, ita q; bona caro mansit in patientibus & fundo vlceris. sic ille doctor. sed liceat nobis parum cum ipso manus conferre, & primo aut sentit, illud complectū dominium nature esse, quo ad vim expulsiuam, aut alterantem. non primum, quia expeilli pus ad cauitatem thoracis, nōn representat complectam, immo truncatam ipsius virtutis potentiā. Habet se enim illa permutatio, ad instar crisis permutationis, si alteratiue, id non est sufficiens fundamentū, vt febris cesset. nam secundū ipsum .2. apho. ac aliis locis. in statu morbi salubris materia est plene cocta, nec tamē ideo febris cessat. alias ille morbus esset absq; declinatione. dacto q; secundū ipsum sit remissior, & morbus minor. vnde illa autoritas Gal.3. artis parue. digestio facit cessare putredinem. exponitur ab ipso de propinqua potentia, sic q; coctione, humor est pronus expelli, quo expulso cessabit ipsa putredo. vnde ex eo colligimus, non inde cessare febrē. sed victoria que est nature, ceteris paribus super humore vnico loco comprehēsio, est adhuc imbecillior. Videndum primo de differētiis febrium. nam & si pus in apostematibus sit eiusdē rationis ad venarū putredinē saltim in significādo, & aliis considerationibus, ibi tamē habetur, ꝑpter materiā esse magis cōculcatam vno loco, minus vinci a calore naturali. Quod ergo plus ad febris absentiā, posset facere pro parte illius doctoris, esset expulsio illius puris ad locū spaciosum, vt idē non se iuuet tantū in euaporatione. nam quia factū pus sit, non absoluit inde a febre. ex sentētia veteris. magis quā facta sanie, ex illo verbo magis, q; enim vlcus mansit bene mōdigeratū, pure optime cocto expulso, certū est. Sed id non cōducit, nisi q; vlcus sit facile curabile, & inde, morb⁹ alius peior nō succedat. sed ad absentiam febris, parū, talia p ipsum aducta conducunt. Sed tūc merito, totam istam impugnationē in thadeū, conuertes in Hip. sic q; nulli releuando, sit possibile absolui a febre tam cito. potissime cū puris mundificatio, etiā in releuādis duret per. xl. dies. & sic supra citauimus Aui. cap. de empimate. nō negare talibus carnes, & si febriāt, quia tota salus est in mundificādo pure, q̄d non fit ipsa virtute defecta. Idē Aui.2. pri. in cap. de signis apostematum. in verbo cum aperiet apparebit febris ꝑpter exitum materiei. & est rationi consentaneū, cum tunc liberiorē habeat euaporationē. Sed oppositum

situm dicit Hip.in presenti. ac ipse A ui.paru post.in verbo & significatio quidē bona post apertionē,est,vt febris ex toto quiescat.& anhelitus fiat facilis. Pro solutione dico.ꝑmo si rupto apostemate,maior pars illius puris per partē sue euacuationis expellit vrina,aut deiectione,nō habeo ꝑ difficilē febrē cessare. ipsa putredine elongata ab ipso corde,& extra corpus expulsa. qualiter aūt ad vias vrine & deiectionis materia cotenta in pectore declinate possit, 10. tert.est titatū. Ac in aliis locis apparet. dico secūdo. ꝙ expulso pure ad thoraciscauitatē,in ipso die post eruptionē,facta notabili vacuatione per screationē,non inconuenit cessare febrē.aut notabiliter remitti.adeo ꝙ facta collatione,ad impetū precedentis febris, quasi censeat omnino absolui a febre. nā si ita est, significatur humorē non fuisse multū, esseꝗ absꝗ miscella inuicti humoris,& ideo textus nō dixit absolute. rupto apostemate,sed eo die post ruptionē. vt intelligas fuisse notabile tēpus, ad deponendā maiorem partē puris. sicut in simili in plenresi que ꝑ sputū cessat,in die. vii. aut simili, multiplicata screatione, febris cessat,nisi alīude foueatur. non tñ hinc intelligamus,ceteros petire,quos febris habet ꝑ aliquot dies. immo releuātur aliqui. & in manibus meis deo ꝑpitio, iuuenis qui superauit illas eminas puris positas ab A ui.nec cogor in presenti dicere. Si rupto apostemate possit febris esse validior, & qualiter illud dictū Gal. 6. apho.in cōt. illius quicunꝗ empici. ꝙ febris insequitur copiosam vacuationē puris,in presentiarum autē causam erradicandi febrē, notabilem ponimus ipsius puris expulsionē. te ipsum iudica. quare &c.

¶ Quibus abscessus fiunt ex pulmonia: aut circa aures: ac suppurrātur: aut ad inferas sedes ac fistulas trahunt: hi superfunt. GAL.

Verbū fistulas trahūt,tantummodo in hac dictione obscurū est dictum per trāslationē. Que enim ꝑprie fistule nominant vtpote musicorū instrumenta ob longa obtinēt caua. Quotiens igit in animaliū corporibus similes preter naturā gignūtur,ex eadē appellatione significant. Constat igit, vt Hip.verbo fistule vsus sit ꝑpter longitudinē excursionis. Sed vniuersa summa de abscessibus est qui ex pulmonia infestent interdū ad adenas sub articulis,interdum ad inferas thoracis sedes. GLOSA.

Vulgatū est.2.quart.ac.3.de iudicatiōe,&.3.huius reppetetur, materiales morbos tum vacuatione, tum permutatione iudicari. & qui absꝗ talibus quiescunt,minuntur recidiuā. in primo de diebus decretoriis. quo habito pro fundamento autor noster in presentiarū docet, qualiter succedat salus apostematibꝰ pulmonis per viā permutationis. vt scilicet ad superiores sedes prope aures, aut ad inferas,hoc est. sub diafragmate materia apostematis deriuet.que si ibi suppuretur, ac fistulam pariat, salus promittit. ad qđ potest esse generalis ratio, ꝙ e nobiliori sede humor permutatur ad vile, & ibi vincitur a natura,quandoquidem suppuretur, & laudabiliter,modo ad

partes exteriores rumpatur. qđ dedit cõfuse intelligere in verbo fistulã trahit. hoc est foramẽ prebet patulũ, & expurgatoriũ superfluitatũ que in ea sede continebantẽ. Que oĩa vt clariora fiant. hec puncta sunt discuciẽda. Primum, si textus sentẽtia extendiẽ etiã ad apostemata pleuretica, de quo respõdeo ꝙ sic. ex Aui. 10. ter. de signis permutationis pleuresis. vbi de permutatione ad has duas regiones nr̃i textus mẽtionẽ facit. nec est ratio q̃ tali sentẽtie pugnet. expressit aũt Hip. de pulmonia, quia frequẽtius accidet permutari pleuritide. quia pulmonia aut cito occidit, aut suppuratur, aut permutatur, raro vero ꝑ screationẽ laudabiliter mundificatẽ. ob humorũ crassitudinẽ, ac magnã lesionem ipsius pulmonis. ob que fluxus sanguinis raro iudicat pulmoniã, 3. de iudicatiõe. & 10. tert. cap. de pulmonia. dat causam Aui. collatione ad pleuresim, inquiens. ꝓpter diuersitatẽ duarũ materiarum. est dicere ꝙ a sat distantibus materiis vnũ & alterũ fit inde ergo apostema pulmonis promptius ad permutationẽ. Crassitudo enim humoris, radix erit inferius, ad crisim permutationis. Alter puntus erit. si apostema tale patitur alios modos permutationis. & dicimus ꝙ vt est videre clare ex sentẽtia Hip. in. 7. apho. textu. 11. 12. &. 13. & ex Aui. cap. de periplemonia. tale apostema ad pleuresim permutatur, spasmũ, stuporem, ad frenesim. de quibus cõticuit autor, quia hãc ipsam permutationẽ pro laudabili iudicato ne introduxit, ille vero, pessime iudicãt pasionẽ. tertius est. si ista permutatio semper intelligẽda venit, antequam suppureẽ in pulmone illud apostema. Dic ꝙ & si textus insinuet suppurari in mẽbro, ad quod permutatẽ. Potest tñ tollerari, post suppurationẽ. potissime de pleuresi. sic Aui. cap. de pleuresi. in verbo & ad latus cerebri, etiã in dispositione resolutiõis ante collectionẽ, & in dispositione collectionis. Quod etiã clarius fundatẽ eodẽ loco. modo ait, occultari exiturã exteriorẽ, ob redditũ ipsius ad pulmonẽ, que tñ pus poterit iam habere (qđ fuit caput laudandi fistulã apud me in principio glose, eo ꝙ securabat a tali abscontione.) ergo non inconuenit fieri eam permutationẽ, sub dispositione supputosa. Alter puntus est ad quẽ locũ sit frequentior ista permutatio & salubrior. Respõdeo, ꝙ ad inferiores sedes, ex grossicie humoris, que ad illnd indinat in cõt. sequẽti. & si ita est, illa tutior est. quia. 2. quart. cap. 17. habetur ꝓ laudabiliori permutatione, ad inferius, & secundũ maiorem distantiã a membris principalibus. apostemata aũt talia vt diximus, amãt fieri a crassioribus materiis ob mẽbri raritatẽ, quo non infarciunẽ tenues. Verum est ꝙ apho. 4. text. 31. laboriosis febribus nõ appropriat vnã aut alterã regionem. licet. 2. quart. cap. de crisi permutationis. ad labores spõtaneos loca alta sint promptiora, ad artificiosos aũt inferiores articuli. Alius pũtus est dacto ꝙ ad superiora fiat ea permutatio, quare magis retro aures. dicimus ꝙ ex multis causis. primo raritate & mollicie earũ carnium, ob qđ stercilinia cerebri est machinata natura,

tura, ad deponendã humorum grauantiũ sarcinam. etiam quia partes aurium sunt vacue, quia obiectũ aurium scilicet sonus amat cauernas quibus sonet. qđ est fundamentũ Aris. 2. de partibus. & aliis locis. vt in parte posteriori capitis nõ sit cerebrũ. vt detur locus aeri tonanti. quantum autẽ spaciositas mẽbri faciat ad promptius suscipiẽdum, vide Gal. cõt. dicti apho. & Aui. 2. quart. loco allegato. Sed adhuc vltra eas generalitates, habet pulmo ad aures specialẽ colligantiã. Vnde fateor plures ptisicos quos mõri vidi, hũc sensum auditus magis turbatũ habuisse, & celerius reliquis. & verã dico. qui respect⁹ est per plures arterias, que versus eum locũ ascendũt, itẽ ꝙ ambo mẽbra cõmunicãt super eadẽ materia, aer enim ipse & soni & inspirationis est materia. auditus autẽ sonos percipit. de quo Aris. 11. parti. prob. p. 2. & 4. & si egeant declaratione. cui colligãtie non pugnat neruorum ramificatio, quia a. 5. pari sunt nerui auditus, cũ mixtione aliqua. 6. paris. & qđ ad pulmonẽ descendit, ex. 6. implantaẽ. Vltimus punctus est. an permutatio que fit ad inferiores sedes, appropriet vnum destinatũ locum, sicut in permutatione ad superius. Respondeo, talia loca esse ingina, ceterosq; inferiores articulos. vt ex Auic. cap. de pleuresi primo: est videre. ex quo existẽte multo maiori vacuitate in tali regione inferiori, nõ haberem pro maximo, exponere sententiã textus. hoc modo, vt verbũ textus. ac fistulas trahunt. cõtinuetur duntaxat ad permutationẽ inferioris sedis. nam cum multũ de humore colligaẽ in talibus locis, pigriorq; sit ad rupturam: cauat intus substãtiam mẽbri, vt exterius strictũ sit orificiũ. non facto magno impetu in pure rumpente. & talis est fistule cõditio, vnde sumptũ est nomẽ. sic ꝙ in superiori sede suppuran- absq; fistula, & supersunt. inferius autẽ si succedit salus, nõ absq; fistula mẽbri. vnde forsam membrum perpetuo patitur. de quo infra facio aũt vim in hac expositione, quia Auic. dicto cap. 1. de pleuresi. de his fistulis mẽtionẽ faciens publicã, ac geminã, duntaxat ad inferiorẽ permutationẽ se adstrinxit. quã sequere si libet. quare &c.

¶ Considerandum est in hunc modum. Si febris detinet ⁊ dolor nõ desinit ⁊ secretio non excernitur ex ratione: neq; biliose fuerint alicui deiectiones: neq; solutiores ac sinceriores: nec vrina admodum crassa ac plenius obtinens sedimentum: promittitur vero ab omnibus aliis signis salutaris: his tales fore abscessus sperandum est. GAL.

Abscessus predictos quonam modo aliquis presentiat erupturos docet in geminã diuidẽs orationẽ, ita vt prima pars eius indicet fore abscessum. Secunda vero vtrum supra thoracem ad adenas sub auriculis, an infra pte cordia sit futurus. Itaq; exordiemur a prima parte in qua summa est, morbum esse cõcoctu difficilẽ, non tamen exitiosum. Non enim si cõcoctu facilis sit p abscessum, sed aut per excretionẽ aut sensim soluet cõcoctus, neq; si exitiosus existat aliqđ sedimentũ bonum apparebit. Quocirca medius inter indulgẽtiores sit atq; exitiosos oportet. Igitur Hip. merito ex his in-

 ditiis

ditiis quedã mala, quedã bona adscripsit, que particulatim iam prosequor incipiens a primo, de quo statim inter initia dixit ita. Si febris detinet, id est, prehendit hominẽ, ita vt nunquã intermittat. Et dolor non desinit nam vbi desinat, non opus est abscessu quodã ad solutionem, eo q̃ morbus placidior habeatur. Et screatio dixit, nõ excernatur ex ratione. Prorsus enim morbus nõ requiret abscessum quotiens screatione purgat. Tu aũt deinceps dic. Neq; biliose fuerint alui deiectiones. Antea enim dictũ iam est, vt per morbos biliosos abscessus neq aquã consistant. Oportet enim crassam haberi ac crudam humorũ materiã, vt morbus plus temporis eduret, nec per excretionẽ, sed aut per abscessum, aut solam cõcoctionem curetur. Quedam ita scribunt. Neq; solutiores ac sinceriores, quemadmodũ dixi neq; biliose alui deiectiones ita nec solutiores ac sinceriores existant. Sinceriores ad alios humores referuntur impermixtos propterea q̃ non habeant biliose materie qualitatẽ, nec solutiores vero ad copiã excretionum, vt siue biliose quoq; fuerint ac solutiores per excretionem potius quã per abscessum iudicatio futura sit. Alii econtrario scribunt dictionẽ ita. Neq; biliose fuerint alui deiectiones, sed solutiores ac sinceriores. Solutiores haberi volentes eas que modice excernãtur. Sinceriores vero aquosas, & impermixtas. Superius enim dictũ iam est, vt sincerũ de qualitate impermixta dicatur. Itaq; pronuntiãs Hip. dicit biliosas deiectiones de sinceris qđ est impermixtis ac veluti summis p̃ vnam qualitatẽ constat vt aquosas dixerit, que incocte sunt, & ob eã rem spatio tẽporis egent ad cõcoctionem, quo etiam abscessus cõsistunt. Acuti enim morbi per excretionẽ potius iudicari, diutini per abscessum assolent. Sed de differẽtia in predictis scripturis rursus in maiori ocio cõsideres licebit. Hoc loco totius cõpendium sermonis perstringã, vt ex ipso pateat vtilitas i operib⁹ artis. Itaq; instruit Hip. scrutari de morbis euntib⁹ ab abscessum. Hi vero sint ex crudis crassisq; humoribus oportet, nõ tamen exitiosis. Tales em̃ vbi diutius immorantur, cõmittunt abscessus, nisi per concoctionẽ finiantur. Ita enim noiare assolet Hip. quotiens eorũ solutio preueniat. At vero inditia cõcoctionis erũt si vrine copia excernat, que plenius obtineat sedimentũ. Vbi vero sedimentũ plenius est, & vrina ipsa prorsus crassior est q̃ soleat per naturã. Itaq; merito duplex scriptio p̃ dictionẽ habetur, quibusdã scribẽtibus ita. Nec vrina multa & crassa, pleniusq; obtinẽs sedimentũ. Aliis vero. Nec vrina admodũ multa, pleniusq; obtinẽs sedimentũ. GLOSA.

Continuatio istius textus ad precedentẽ obscura est apud Gal. per verbum erupturos. & tñ iusta ipsius veritatẽ talis est. in precedenti textu fuit visum apostemata pulmonis posse permutari ad supernas ac inferas sedes. sed duo restabãt que gemina dictione complet scilicet in textu sequẽti, ad quam illarũ partium erit permutatio, & in presenti q̃ sint inditia attestãtia

talem

talem permutationē esse necessariā. vnde verbum erupturos abscessus,id est,ad quā partem inclinet eos natura oportet intelligere,est igit̄ ingressus ad textus sententiā talis viso apostemate. si talē nō sit exitiosum,qđ ea par te textus explicatur promittitur vero ab oībus aliis signis salutaris. puta a mediocri virtutis tenore,appetitu,somno,& similibus q̄ poti⁹ in laudabilē statum vergunt,q̄ detestabilem Gal. aūt sentit in cōt. nō erat exitiosum,q᷑ si foret,nec aliqđ sedimentum bonū apparebit, dic tu perseuerās,quia ipos sibilis est morbi exaltato cū signis coctionis. 1. de crisi, tamē dubito si mul tum ad ꝓpositum vtatur Gal.eo signo nā in materia istius textus,nō debet videri sedimentū optimum potissime multū,quia nō esset permutatio.ha bito ergo q᷑ mortalis nō sit ille morbus, qui etiam non absoluitur euacua tione, quandoquidem febris & dolor detinet, nec paulatine consumitur, vt in processu videbitur,vt illo verbo textus,nec vrina admodū crassa &c. Disseretur,restat, vt eum exitum habeat, scilicet ad aliam sedem permuta tionem. Nam cum non sint plures modi, quibus desinant morbi, necessa rio altero ipsorū absoluet̄. Vt igitur textus sentētia clarior sit,exordiamur a quibusdā dubiis,vt inde ad partes textus ꝓcedamus. Primū est,quo ista signa permutationis differāt, a signis suppurationis, & ratio dubitādi est, quia screatio nō est,vt expectabat̄,permanet febris, & dolor. que oīa pecu laria sunt apostematib⁹,que suppurātur. vt visum est supra. Respōdeo, q᷑ habito, morbū nō esse mortalē,nec celeris dissolutionis, vsq; ad certū tem pus, de suppuratione & permutatione presumit̄,ex defectu nature. sed in suppurādis crescunt simptomata,de febre & dolore, & aliis, ac rigor misce tur, & pondus maius loco doloris, in permutādo aūt, simptomata delite scunt,potissime grauitas in mēbro. Secundum dubiū est,si exigitur,virtu tem esse fortiorē, & laudabiliora signa ad permutationē,quam ad suppu rationē, an secus. Si est etiā laudabilior terminatio. Aui. in cap. de signis permutationis pleuresis. ad suppurationē, sentit esse significationē lauda bilē in sputo,& aliis. Sed in presenti sentit textus, screationē minime esse secūdum rationē. Item ex permutatione, sepe succedit mors subita. vt si ad cerebrū guttur aut cor permutetur, sed id, non ex suppuratione neces sario, vidēdum eodē capite. sed in oppositum,quia suppuratio in pulmo ne,omnino parit ptisim a toto genere mortalē. Item elongari nocuum hu morem e nobilibus sedibus,nihil melius,id autē in permutatione euenire potest, igitur. Quod cōcedo,semper intelligendo de pulmonia, & hāc vl timam rationē pono pro causa. vnde & si vterq; exitus medius sit, inter sa lubres simpliciter,& mortales. permutatio magis accedit ad larus incolu mitatis. suppuratio vero ad mortales,rationes autem in oppositū suis viis incedunt. Quibus visis, ad litere expositionem accedo. & primo qualiter dixit Hippo. in litera. & dolor non desinit. cum sit verisimilibus dolorem

desincre permutato humore,a loco pasionis.itē qualiter in apostematibus pulmonis est dolor,cum sit insensile membrum. de hoc non curo.erit enim grauatiuus aut pungitiuus, sentitur enim dolor profundus & quedā contratio versus spatulas ex paniculorū contractione,videndū de signis periplemonie per Aui. de primo vero dicimus, ꝙ in hora permutationis, aut parū antea,poterit dolor a sede affecta desistere. sed ipso persteuerāte, vnde indicatur, non resolui,per ipsum, simul cum aliis signis, presumitur de permutatione.Non esse screationē ex ratione,est tardius incipere screare, item debiliter screare,& cū difficultate,ac id quod expellit,male esse qualitatis,nō talis tamen,vt inde mors ꝑmittatur. nā id totū humoris ineptitudinem,virtutisq; imbecillitatem, ostendit, quod ad suppurationē,aut permutationem,est fundamentum. & nota,ꝙ screatio. debet esse minoris quantitatis,quā antea,in eo apostemate,quod in via permutationis incedit. dicente Aui.cap.citato. & quādo vides egritudinem iam sedatam parumper, & occultatam, & non est illic sputum. dic tu vt solebat. tunc fiunt exiture &c. Restat iam procedere, ad illam textus particulam,nec(biliose fuerint alui deiectiones.)que particula,cum sequētibus, vbi mentio fit de aliis fluxibus,etiam sinceris,simulq; de vrine fluxu, spisse & sedimēto re fertissime. declarat, si talia videantur, aut succedant, posse aliter illud apostema terminari,quā per prefactam terminationē. & de biliosis deiectionibus, hoc est colericis,se expedit Gal. ipsam duntaxat vt inditiū colerice materie introducens. que biliosa materia crisi vacuationis. & non permutationis est obnoxia,vt sepe dictū est,ac dicetur. sed in veritate,semper cū benigna supportatione,oīa ista sunt attendēda,vt causa. cū de aliis fluxib⁹ statim mentionē faciat, ꝗ humoribus grauibus corespōdent. vt in explicatione verbi,(sinceriores)ac alterius solutiores,apparet qcquid sit, de varia expositiōe ad ea duo verba, vt in cōt.apparet.que oīa magis explicabunt, cū totā rem enodauerimus.ob qđ succedat de vrina isti⁹ textus sermo, supquo dicit Gal.esse talē vrine fluxum. quandā iudicationē paulatiuā istius morbi, ꝗ coctionē vocat. nā mors, abscessus, per vacuationē iudicatio, ac paulatina consumptio,oīa ista generali nomine dicunt crisis videndū sepe per Gal.morbus ergo iste salutaris,vbi vacuatio nō habet locū. nec ꝑmutatio, obnoxius erit paulatiae cōsumptioni, ꝗ fit ea vacuatione per vrinā, ꝗ 4. aph. eo textu laboriosis in febrib⁹.saltim crassam,satis vtile pronūtiauit ipse Gal. Que oīa excussione indigēt magna. primo ꝗliter Gal. istā p vrinam vacuationē,vocat paulatinā consumptionē, cū.4.aph.textu citato,& clarius eo.quib⁹ spes est ad articulos,nō est adeo tardi euētus,vt nō liberet a morbo in pri. quar.die potissime cū vie vrinales finitime sint ipsis venis trūcalibus,vbi humores preexistūt. Item quā congrue appellat vacuationem,quācunq; coctionē ipsam: nonne,& ad celeriorē iudicationē,coctio ipsa

ipsa exigitur: & quis vacuationẽ, coctionẽ appellauit? Respondeo viã vrine, iudicationẽ esse publicã pluribus morbis, & celerẽ, vt citatũ est. & aliquibus corporibus ex destinatis conditionibus, vtiliorẽ aliis, & ita Aui. 20. 3. terci de cura dolorũ iũturarũ. nihilominus si accidat humores sic lẽtos esse vt naturã minime porritẽt, & ad vacuationẽ publicã celeriorẽ conducant, eos natura partibiliter concoquit, & paulatine expellit per vrinã. nõ serua tos ad vnicam expulsionem creticam, turbatione precedente, sicut in fluxu sanguinis, ventris aut sudore contingit. que paulatina vacuatio, dicitur coctio: quia expulsio fit, toto moderamine narure seruato, expultrice vacuante, coctiõe finita. Et non ob irritamentũ ipsius humoris. ꝙ si super humorum copia, talis coctio precedat. poterit & ille fluxus magis subito iudicare. Sed semper ob venarum nullum, aut torpidum sensum, exigua precedet commoctio. vnde nulla vacuatio sic paulatina, consumptio dici potest, vti ea que per vrinam fit. Ergo siue subito aut paulatine morbus consumitur, laudabilis coctio in humore exigitur. Sed que in humoribus grauibus fit, paulatina est, & tutari potest a permutatione, cui tales humores obnoxii erant. que omnia, & si pro pace Gal. sint ad vnguem exaracta, aliter sentio, de tota hac parte textus, que incipit nec biliose fuerint alui de iectiones. Nã si ista per vrinã, sic paulatina consumptio est, nulla ratione video, vt tandẽ succedente ea vacuatione, secutetur a permutatione, & ꝙ. in toto eo tempore, in membro affecto, non vergat in suppurationem, itẽ eadẽ ratio est, si hec vacuatio per vrinã, pro causa celebratur in hoc textu, que liberat a permutatione, ꝙ illa ventris a quocunq; humore fit ita eodẽ modo non intelligatur. item quid humori existenti in supernis sedibus, & viis vrinalibus, vt ille compressus paulatine concoquatur, & ad vias vrine deponatur? Ob que omnia dicas, fluxũ ventris a quocunq; humore fit, nã verisimile est, cũ aliquod apostema fit, potissime a causa corporea vt nõ solum peccent in corpore illi humores infarciti in mẽbro, verum & alii in venis, vt tercio de morbis vulga. in principio, ac in primo de iudicatione visũ fuit. ob que in cap. de signis pleuresis ait Aui. per viam cause, diuersitatem ventris, hoc est fluxum in pleuresi iuuare, etiã in principio & multiplicauit Hip. ea verba de fluxu bilioso, aut sinceriori, quia pulmonia & pleuresis a variis humoribus fieri possunt, & non duntaxat a colera, dixitq;, vt solutiones sint, quia sicut habenti ventrem lenẽ raro sucedit pleuresis. 2. primi. & in prologo theisir. ita p solutiorẽ ventrẽ facilitatur resolsio apãtis, ipsa natura facta potẽtiori sup materia apãtis exonerata ob vacuationẽ. sic assclare semel aut bis excusat a flobot. q̃ est vera vacuatio humoris apã faciẽtis. Oia ista ergo colligẽdo, cõformiterq; ẽt ad dicta Hip. cõtõ illi⁹ in. 4. Aph. qb⁹ spes est ad articulos cõuerti. Dico ꝙ si apãti iudicãdo p permutationẽ, succedat fluxus ventris alicuius humoris, ita ꝙ non fecalis, nõ saniosus, quia

possct

posset esse post suppuratione͂,& non tutabatur a permutatione,aut venter mollior reditur naturali,aut vrina sucedat crasa,plenaq; sedimento,etiam si non sit plene coctum,solum enim intelligo ipsam representare,multum de humore vacuari,sic enim explano,illud verbum textus (ac plenius obtinēs sedimentū.)his vacuationibus,sicut & celerius, fluxu sanguinis e naribus.iuxta calcem citati Apho.talis permutatio incipietur,aut parte priuati humoris ad eas vias deriuati, aut natura facta super reliquo potentiori, absq; eo q̄ sentiam,eam per vrinā vacuationem.esse quandā paulatiuam consumptione͂,que post longum tempus sucedens, tutetur a tali permutatione.& sic A ni.dicto cap.de signis permutationis, & quando vides egritudinem iam sedatam parumper,& occultatam,& non est illic sputum,tunc fortasse minuitur materia cum vrina,aut egestione,aut apparitione sollutionis ventris colerice subtilis,aut apparitiōe vrine grosse. vbi eodē modo sentit de vtraq; vacuatione,si autē illud non fuerit,tunc apparebit exitura hec ille. quare. &c.

¶Abscessus consistunt hi in locis infernis:quibus circa ilia inflāmatio fatiget:illi in supernis in quibus ilia molliora: ↄ sine dolore persistunt. Si vero aliquandiu spiret difficulter sine aliqua alia causa desinet.

COMMENTVM GALENI.

Euidentē intelligit causam Hipp.Id enim verbū prophasis.i.causa euidens significat:quotiens igitur spiratiōis eueniēs difficultas per predictas affectiones rursus de repente desistat: & euenire & desinere sine euidenti causa significat tendere humores ad caput queādmodum ad infernas sedes calor quidā euidēs circa ilia. Nō enim pituitosum humorem existimari conuenit intelligi ab eo perdictionē in qua ait:in quibus circa ilia inflāmatio fatiget.Nā multo melius intelligi potest de calore preter naturam flāmido proditam esse inflāmationem.Is euenit ob ignem sacrū: aut inflāmationē proprie nominatam: q̄ si fuerint illa e contrario molliora ac sine dolore:humores vero tendant sursum versus quod indicauit spirationis difficultas: abcessum erupturū supernis sedibus.expectato. GLOSA.

Visa certitudine permutationis in precedenti textu: procedit Hippo. in presentiarum ad signa declarantia quo permutatio inclinetur,exordiamur ergo a permutatione ad supernas sedes, per quas non solum regionē retro aures, vt supra,verum omnē supra diafragma regionem licet intelligere.quod ellicio,ex textu A ui.inde signis periplemonie autoritate Hip. inferie que sic habet.& Hippo.quidem dixit q̄ quando eis accidunt exiture apud mamillas, aut ea que sequuntur eas,& aperiūtur fistule,euadūt. & illud est note cause. Raptum autē seu peruentum materie ad superiora,habes depictum ab A ui.in.2.quarti cap.4.Sed permutationis ad ea loca.in cap.14. vbi grauitas capitis sensuumq; turbatio & proprie auditus, (cuius

(cuius causam supra habuisti) simul cum anhelitus cõstrictione, (alludẽdo nostri textus sententie) ponitur. de quo sic, post anhelitus constrictionẽ & alterationẽ eius in ordine suo donec quasi quiescat illud subito. textus aũt noster ponit, pro potissimo signo sperare cũm difficultate & desinere ab eo labore sine aliqua alia causa. que vt clariora fiant iustum est querere si istud inditium etiam prius videbatur in talibus. Deinde quare non desistet etiã illa difficultas, facta permutatione ad inferiorem regionẽ. ¶ Spirationẽ difficilem reddi ob manifestam causam, si quis superflue infrigidetur circa eam regionẽ, perspicuũ est. x. de morbis curandis. idem per causam corpoream, que euidens etiam dici potest. Vnde cum hi pulmonia fatigabãtur, spirare difficulter publicũ est. Sed si subito quiescat ab eo labore, presũptio est, eum humorem elongari ab illa sede spiratoria. Nec quieuit talis, q̃ suppresserit medicamentũ ex croco dilatans anhelitũ, nec q̃ copiose excreauerit, sed vt dixi, proter permutationẽ morbi ad distantẽ locum. q̃ si facies rubeat, veneq̃ quidẽ tumefiat, quo humor transit, non est q̃ dubites. Et si calidior eã regio appareat, sudauerit, ve, aut signa q̃ testantur permutationẽ ad inferas sedes non videantur, adhuc inde certior redderis, q̃ si ex venis truncalibus aliisq̃ inferioribus sedibus, sursum versus materia agitaretur, subito grauari spirationẽ ex transitu iuxta ea loca, nihil mirũ est. Vnde eo nomine, erit peculiare inditiũ permutationi superne. iuxta sententiam Hip. Sed cum ex pulmonia, pleuresi ve, talis permutatio fiat, vbi sperãdi tanta erat difficultas, qua ractione vsurpatur a permutatione superna, aperiamus. Crederem in eo motu, magis diffudi ad vias spiratorias, cũ prius in substantia pulmonis imbiberetur. que materia cum in motu sit, elõgata magis, & eã nouam angustiã, & priorẽ, pacificauit. sed inferius versus stati magis elõgatur. ¶ Sed de permutatione ad inferas sedes, viso. q̃ ilia mollia habebant esse & absq̃ dolore, cum superius conuertebat morbus. Ergo tensa dolorosa q̃ videbuntur, cum ad inferius inclinatur. Sed si calida prexistant talia loca preter naturaliter, nõ est q̃ dubites. vnde subtiliter omnia tria signa, quibus res tota consistit, singularitet collexit Hip. nã ex eo in. 4. Aph. vbi dolor aut calor vbi morb9. & sic Aui. in cap. 13. loco citato. ex quo semper cũ debita reuerentia. Gal. ego de inflamatione. posita in litera pro tali inditio. non sic exquisite sentio, vt ad inflãmationẽ apostemosam extẽdatur. imo ad calorem antea non visum in ea regione, non intensissimum, sed quasi pituitoso humori diu putrefacto conueniat. qui modo deriuatur ad hec loca. nam pulmonia frequenter pituitosa est, & ea que inferius inclinatur proprius. Si enim iam erat inflamatio apostemosa in iliis, iam signi ficatum, & non inditium, reputaretur. Que omnia cum pace Gal. si licet tãto patrono contraire. quare. &c.

DE ABCESSIBVS. Cap. xii.

ABscessus: si in cruribus erumpit in pulmonia vehementia ac periculosa omnis vtilis est: optimus vero est: si per screationis mutationem iam existat. Si enim tumor ac dolor iã infestet: ⁊ screatio pro flaua purulẽta existat: ac foras excernatur ita securissimo homo supererit ⁊ item abcessus ocyssime citra dolorem desistet. At si creatio non recte excernatur nec vrina videatur bonum habere sedimentum periculum clauditatis in articulo vel multi negocii imminet.

GAL.

IN PVLMONIA vehementi abscessum erũpere in cruribus prorsus bonum censetur. Siquidẽ maxime vera sñia Hip. est secũdo libro de morbis vulgariis perscripta de bonis abscessibus vt optimi sint: si deorsum & q̃ longissime ab egrotatione absistãt. Sed potissimũ si cũ cõcoctione pariter erumpãt. Id. n. cõmendauit primo libro de morbis vulgariis dicẽs. Cõcoctio celerẽ iudicationẽ ac securã sanitatẽ promittit. At vero cõcoctionẽ indicat screationis mutatio: & itẽ vacuatio innocua atq; abundãs. Hoc enĩ indicauit dicẽs: ac foras excernatur. At si citra morbi cõcoctionẽ abcessus cõsistat in cruribus: vindicabitur quidẽ & hũc in modum homo a periculo in pulmonia eminẽtẽ: sed articulus ipse in quẽ decumbet: difficili⁹ sanitati restituetur: ac forsitan qñq; eger claudicabit. ¶ Sursus hoc loco perscriptũ est non vnũ cruditatis inditiũ queadmodum cõcoctiõis. Sed adiecit ductã quoq; ab vrina dinotationẽ. In ipsis sane maleficis screationibus nõ insup adiecit in coctionẽ. At qui id oppositũ cõcoctioni est: sed abunde fuit duntaxat non excerni screationẽ idoneum haberi signũ malificie egrotationis existimãs vt screari tantũmõ: aut cõcoqui tãtũmodo neutrũ idoneũ existat eo ꝙ sepenumero satis screatur quanq̃ morbus incoctus sit: & itẽ qñq; concoquitur morbus: excreatio vero nõ satis excernitur interdũ pre debilitate mouentis thoracẽ facultatis interdũ propter crassitudinẽ & lentitiã screationis: qñq; propter amborũ concursum: tũ viriũ debilitatis: tum etiã qualitatis pũris. Itaq; necesse est & cõcoqui morbũ: & excerni recte screationẽ p affectionẽ que in sanitatẽ itura sit: per affectionẽ vero contrariã idoneum signũ non screati tantũmodo est: ex superabundãti vero in ea ipsa inditiũ erit malefici morbi: si adeo nõ recte excreat: nec vacuatur materia in thorace condita ac pulmone: vt etiã adsint inditia quidam cruditatis humoris. Consistat enim vt difficilior sit affectio in qua neq; excreãt & itẽ cruditas permanet. Modestior vero per q̃ cõcoquitur quidẽ: sed nõ abũde excreãt: nec integre perpurgantur. Ceterũ vt abscessus maxime circa artilos erumpat: id quod libro de morbis vulgariis scripsit. hoc etiã loco indicauit fere extra propositũ dicẽs periculũ clauditatis in articulo ĩminet. At vero causa taliũ abscessum amplitudo articulorum habetur imbibẽs decũbentes fluctiones. Ad id quoq; cõducit motio eorũ Oẽs enim humores ad sedã cõmotã & calefactã facilius permaneãt.

GLOSA.

Com-

COmmendat per mutationē ad crura, presertim sub certis cōditiōibus, ex quibus laus simpliciter, aut secundū quid, ellicietˀ. sed pro ingressu ad litere expōnē primo satisfaciamus. quare cū supra ꝓmisserit salutē per deriuationē ad vtrāq; regionē, nunc vnā tantū cōmender. s. inferiorē, potissime cū deriuatio ad superiorē fundetur in humore calidiori, qui facilioris obedientie dicitur. item a pāta ob sui magnitudinē vituperantur. Sed que ad inferiorē sedē inclinanṫ ob articulorū spatia sunt obnoxia magnitudini igitur. Sed in veritate his nō obstātibus infetior ꝑmutatio iuste appreciaṫ cū mēbra sint viliora, magisq; elongata a sedibus vite, atq; ob eā maiorē distantiā nō exigua virtutis ꝓpellētis vis ostenditˀ. ad quod habes singulare fundamentū. cap. de variolis, ex Aui. Iusta qđ infero aliqua vtilia. primū ꝙ & si ex permutatione ad vtrāq; regionē salus succedere possit, certior tū si inferius inclinetur. infero. 2. signa textus aprobantia talē ad inferius ꝑmutationē, exigi esse cōplectiora, pro supiori ꝑmutatiōe cōmēdāda infero. 3. & si sub dubio, ꝙ illa inferior permutatio celerius ad salutē terminabitˀ, potissime si cetera sint paria, quia maius virtutis dominiū ꝑtēdit. nec spaciositas inferiorū articulorū magis dictat, quā eas particulas posse magis ꝑmutari. Sucipiunt autē prōptius inferiora loca, tū ꝙ vilia, tū ꝙ decliuia, ac ꝙ vacua magis, ad q̄ oīa inuenies fundamentū ab Aui. in. 22. tert. causā assignante. cur inter articulorū dolores podragrici frequentius reddeant. ergo & si partes he paciantˀ, toti salus magis promittitˀ. De quo Aui. in cap. de pleuresi. 1. Oportet secundo procedere, ad cōditionū enarrationē quibus talis permutatio approbetˀ, & prima est, si flauus color screationis, ad purulentū permutetur, q̄ screationē, non inde biliosam, & purulentā diiudices, nā talis supra valde reprobata est. Sed ꝙ color ille flauus, semi albus fiat, sic Laurentianus in. 1. aph. in textu paroxismos transtulit verbū, sputū subrubeū. que screatio si mediocriter foras expellaṫ, talē permutationē tutissimā esse credas. Sed ꝑfecto mirū est, cū sub talibus inditiis, passio ipriori loco feliciter posset terminari. nā quid aliud in pectoris passionibꝰ desideraṫ, q̄ coctio expulsioq;. itē videtur pugnare, ꝙ morbus ita ꝑlixus, habeat sic talē coctionē, nisi esset, ꝙ & si respectu malarū screationū quibꝰ anceps esset talis ꝑmutatiōis exitus, hec screatio coctiōe expulsioneq; cōmendetˀ, distat tū multū ab ea laudabili, q̄ in passionibus his resolone finitis, visitˀ. ac in talibus ꝑperat talis coctio, lenitq; oīo dolorem, facileq; in exactam albedinē terminatur, que oīa gnauiter hic procedunt, & valde desiderātur, que tamen si videantur, abscessus promittitˀ in cruribus salutaris. potuitq; ea coctio duntaxat partes subtiles occupare, quod bonum promittit, sed nō omnino, quia si coctio ꝑfecta esset, salubriter omnino esset terminata passio. iusta id, quod ex Hippocrate citatur in presenti commento.

Considerādūq; deinde sup vtilissima sentētia, de qua Gal. in cotō, ꝙ ad-

cople-

cõplectã in screatione laudẽ,non fuit Hip.contẽtus inditio coctionis, sed subdit q̄ excernat̃ foras,quo & expulsiue virtutis perfectio indicabatur. Sed cũ de screatione inditia mala adiecit,contẽtus fuit dicere,nõ recte ex cernatur.Facit ergo hoc,nos dare causã,quare signa bona debẽt esse cõple ctiora,malis,de quo in.2.Aph.cotõ primo aliquid dictũ est.& si in ea sñia acutorũ morborũ nõ sunt oĩo certe ꝓnosticationes,videat̃ quedã indiff.in vtrisq; signis.etiã in.2.q̃rti.sup passu.O quãta signa timorosa videm⁹.&c. aliquid posset colligi,qđ prima facie nobis pugnaret.Sed in veritate cum multifariã natura nostra possit periclitari.quocunq; signo malo vigoroso, est suspitio de virtute,ob quod ad cauendũ talia obstacula,ex oĩ parte op; signa bona fauere:saltim potissima. Gal.autẽ iusta rem nostri textus,expli cat sententiã.nã visa' est abundans screatio. Sed non promittebat ideo sa- nitatẽ,eo q̄ in principio morbi,& obirritamẽtũ humoris ꝓuenit.potestq; humore cocto desficere expulsiuã.Sicut in statu pleuresis, visum est hu- more cocto,aut q̄ humor expellendus,multus est,aut q̄ virtus defecta sit naturaliter,aut acquisitie.quod cõiter videmus,in senib⁹ & potissime vbi sit flobothomia superflua,aut non fit,ob metũ etatis.Ergo ad valitudinẽ promittendã,& coctã esse screationẽ,& foras excerni necessum est. Circa quod dubitabis rationabiliter.quia disputatũ est per concili & genti quesi tis propriis,an materialis morbus per solã alterationẽ possit cessare,& res ponsum est,q̄ sic.ita q̄ vbi corruptio,non est exuperãs,alteratio ipsa facit ex toto cessare putredinem,iusta dicta Gal.cotõ illias,vbicunq; cibus pre ter naturã intrat.Ergo existente screatione cõcocta,& si foras nõ excernat̃ poterit in bonũ terminari. Respondeo primo,expulsionẽ esse necessariã, ne iterũ pullulet putredo,ex aliquo occulto vestigio,potissime nõ seruan tibus exquisitũ regimẽ.cui rei prouidet Gal.primo dierũ decretoriũ.ac in presentiarũ,timeo humorẽ aliqua vna particula conculcatũ,nõ sic remissa putrefactione preditũ, vt sola alteratione posset cessare, presertim si nota bilem cõtrahat morã in particula.dixi notanter illud, quia repercussiuis so let in principio aliqua pars esede affecta retrocedere, que castigabitur in venis,itẽ quia coctio huius text⁹,nõ est velox,nec exacta,alias nõ esset ꝑ- mutatio,obqueoĩa,supior sñia solida sit,vt vltra coctionẽ,expulsio neces- saria sit in his apãtibus,si ad bonũ sunt terminãda.restat super dicto ꝓposi to inuestigare,quis maior diffectus sit, an crudũ expelli, an coctũ nõ excer ni,& gẽtilis.10.terci cap.de sputo pleuriticorũ sentit forsan, talia nõ esse cõ parabilia.atq; vtrũq; posse esse,eque malũ,quia letale.& si qua ratio est res põdẽdi,vt minus malũ sit,coctũ nõ excerni.ego autẽ habeo sñias oppositã gratia disputationis,quia mors citius preuenit suffocatione,quã resolone itẽ quia fluxus ventris in principio pleurisis nõ habet̃ pro malo,saltim per viã cause. Vnde Aui.in.1.4.trac.2.in cap.7.monẽs humorẽ esse cõcoquẽdũ

ad va-

ad vacuationē. pro oībus incōuenientibus. ad que cōducit ille ordo puersus semp vtitur hac particula(fortase.) quasi castigans se ob cōtingēcias, quib9 vacuatio crudorū iuuare solet. sed multos pleureticos vidi extinctos, cum screatione sat alba: potissime illis Arabibus, qui sua morosa reuulsione ex opposito latere, sinere apostema adeo magnificari, vt expultrix succūberet vnde ampliando sententiā, non multūq deuiando a sentēcia Gal. quatuor gradus constitue, si lubet, primū, crudum esse, & nō excerni, secūdū, coctū esse, & nō expelli, terciū, crudum esse, & expelli, vltimū vero, coctum esse & diminute escreari. Quod ergo crudum est, & non expellitur, apicē tenet, cum in duplici virtute defectum declaret: & alterante expellente q. cū vero non excernitur, solum liquidus deffectus expulsiue denotatur, quia possibile est, coctum esse. Quod si obiicias, id taxandum, nam si alterās virt9 valida est, non est, vnde expultrix deficiat. ex Gal. 6. de morbo & simptho. in serie, que incipit quoniā necesse est. vt expulsiua rem nocumentū inferētem cito expellat. Nam cum virtutes naturales sūmentes conactū fortius operentur Gal. in cōmēto pulsuum, & expulsiua virtus sit prōptior ad hos conactus ob irritamenta humorum. Sepe enim videmus homines debilissimos. vnico ictu a se deponere graue pondus, quod tolerantes diutius, fatigabantur, ergo consentaneum est, si coctus est humor, vt expellatur. Dic q intentio Gal. ea parte solum est determinare, qualiter processu etatum virtus expulsiua minus debilitetur. quam alie virtutes. q autem non sit possibile, ob in sarcirū humorē in membro, aut ipsius lentorē, aut ipsius deffectu, non complere actum expulsionis etiam ipso humore concocto, nō est absonū, quia processu morbi, in dies vires magis prostant, & virtus expultrix est, que claudit opus. potissime q talis virtus non solum mouet humorem excernendum, verum & membrum. ergo si screatio cōmendanda venit, non solum coctione, verū & publica expulsione, & vice versa. ad malum autem sufficiet non excerni, quia ex eo solo deffectu, mors succedere potest. ¶ Est alter pūtus solemnis. quare in signis imaturationis nō fuit satisfactus sputi cōditione, verū cruditatē adieeit. in vrina. priusq ad solonē veniamus, ppendamus de dicto Gal super hoc proposito, cū ait, rursus hoc loco, nō est pscriptū vnū cruditatis inditiū, sicut coctionis. Dictu, īmo dū taxat vnicū, quia ex vrina solū, nā sputi crudi inditia non ponunt in textu. nō excerni nāq recte, solū expulsiue vt dixim9, arguit defectū, oporteret enim dicere, & si screatio subtilis, aut nigra fuerit, aut aliquid tale, qd expresse Gal. in litera. cū dicat, in ipsis sane, maleficis escreationib9 nō adiecit insup in coctionē. Responsio est q hoc loco Hip. nō adiecit inditiū cruditatis vnū. i. sup vna & cadem re. de qua coctione, notauit, & illud erat screatio. Sed in signis cruditatis ad vrinā se trāstulit. Non ergo verbū vnum, referatur ad numerū, sed ad rem vnā. quia constat, super re diuersa id comen

dasse

dasse. aut q̄ etiā ex incongrua, & nō recta excreatione cū aliis signis malis, defectū coctionis sub intelligas, etiā in spuro. sed prior sollutio melior est. Sed q̄ ob causam, pospositā spuri conditiōe se transtulit ad vrinā. Dic breuiter, q̄ cum spurū non excernatur, non est vnde signa cruditatis in eo considerentur. Oportet ergo in alio superfluo id notare, puta vrina, q̄ cotidie expellitur. Si igitur cum vrine cruditate non expellitur sputum, signū est non expelli, non inquā defectu expulsiue, sed alterantis, quod multo peius est, nec ita potest iuuari per artem. Nā si virtus alterās defficit in venis, & locis calidioribus, quod cruditate vrine ostēditur, a fortiori defficiet extra venas. ob quod in morbis extra venas: si est bona vrina ipsa, non ita appreciatur, sicut mala timetur. Gal. 1. de crisi & hisac libro vrinarū. Potestq̄ etiā subtiliter dici, q̄ autor ad vrine cruditatē se transtulit, quia ipsa sedimētosa coctaq̄, & si screatio non recte excerneretur, non obligaret necessario ad p̄mutationē, per ea que supradicta sunt. Ergo tali vrine cruditate, simul cū screatione nō recte expulsa, permutatio promittit, alias non. iusta id Aui. in. 10. terci in tract. 4. cap. 7. in verbo. & non est illic spurū, tunc fortasse minuitur cum vrina. ¶ Properemus ergo ad vltimū lectionis, & est, qualiter omnimodo, salus a pulmonia promittitur per talē permutationē ad crura, vt supra declarauit. Sed si illa duo signa videntur vrine, & screationis, particula affecta necessario periclitabitur. Quod cōsideratione dignū est, q̄d inquā, talem habet causam. facta enim permutatiōe, cum tanta cruditate, expulsio duntaxat est, ex irritamento humoris, qui peruenit ad particulam cum tota sua nequitia, estq̄ non parua, quandoquidem in locis nobilibus natura non valuit ipsum humorē tolerare, ac cōcoquere. estq̄ ibi totus ille humor adunatus absolutusq̄, a comertio bonorū in membro vili, cuius salutē natura omnino non suspicit. ad quem sensum exponitur illud Aui. in prima. 4. raro fit euasio ab egritudine acuta interficiente. sine contractione alicuius membri & illud verbū cōtractio, in Arabico exēplari sonat azema vt etiam. 22. terci de prohibitione gressus, vtitur tali termino. quod in. 10. terci. cap. de pleuresi. cū de fistulis que in cruribus fiunt diserit, ait, & quandoq̄ antiquatur membrū. loco cuius verbi āriquatur, legitur in noua litera paraliticatur. Sumpto nomine paralisis generaliter ad claudicationē, aliū ve similem defectū. Sicut Hip. in presenti in calce textus. quod totum singulariter Aui. dicto loco. paraliticatur inquā, & proprie, quando non est vacuatio aliqua, cum vrina stercore aut cū spuro plurime maturitatis, nā si fuerit aliquid talium erit salubrius cum apostema post hec accidit in pedibus hec ille, suddit nunc duos effectus solēnes, in illis duob⁹ signis. Nam p̄ vacuatioē significatur paucitas materie facientis exituras, & addit, & possibilis est terificatio ei⁹ scilicet materie, que expellitur cum maturatione, dictu aliqua, in prefacta sede priori. Et nota quam pulchriora sunt hec dicta

nostra dictis Thadei in presenti. Quod si quereres demum gratia perfectionis, an talibus apostematibus sit consulendum; dic q̄ sic, aut solis locis, aut etiā vacuationibus, si valde timetur particulis. vt. j. quart. cap. 19. licitum fit floborh. in apostemati bus glandularū tpe collectionis. q̄re &c.

¶ Si abscessus delet: ac rursus repetit nequaq̄ secreta screatione ac febre detinente: difficilis mor b⁹ est. Periculū em̄ delirij mortisq3 imminet.

GAL. Deleri dicere quedam tumorem preter naturam nō id q̄d desistere indicat. Verbum enim desistere aliquid generalius, deleri vero cito desistere ac velut de repente significat. Id igitur accidit interdū propter humoris tenuitatem & partis laxitatem, & item circunuenientis aeris caliditatem, atq3 adhibiti medicamenti potestatem, ac virium egri firmitatē. Si enim omnia predicta concurrant moles preter naturam cito discutietur. Sed magna ex parte tales delentur transmeantibus cōmittentibus eos humoribus, aut in eandē sedem vnde cōmoti sunt quod inquam proprie nominat Hip. repetere, aut ad aliquam aliam sedem in ꝓfundo corporis positam. Tanquam igitur ex causis maxime cōtrariis moles deleatur preter naturam finem habet maxime contrarium, aut citissimam indicans nocue materie solutionē, aut deterrimam affectionē in partes precipias remeantibus. Hec igitur omnium abscessum cōmunia censentur. Diffinitio vero cōmunis quoq3 deleti tumoris est. Considerari vero oportet & alia indicia potissimū que propria affectarum partium. Hoc loco spiritualiū opificiorum propria diffinitio ab Hip. proxima scilicet cōmunibus perscripta est. Itaq3 dixit ita. Si abscessus deletur nequaquā secretā screatione ac febre detinente difficilis morbus est. Constat enim vt secesserint in profundum ad sedem perspicuam. Si enim discussi essent non insuper febricitarent, ac facile screarent. Itaq3 verisimile est in pulmonē omnem secessisse fluctionem, & ob eam rem delirare eos ratio est. Siquidem id vnum ex iis habetur, que per tales in pulmone affectiones eueniant. At vero vt spirantes difficulter morituri sint dicere supersedit, sciens nos eam rem esse ex predictis intellecturos.

GLOSA.

Nihil omittens Hip. de necessariis, trāsfert se in hoc textu penultimo huius negocii, ad quandam considerationem circa terminationem prefactorum apostematum. & est textus, quo promittitur deliriū, aut mors, ex delectione apostematis. pro cuius introductione notandū est, q̄ delectio, abscōsio, occultatio, retrocessio sinonime possunt intelligi, & approprian tur apostemati, qd̄ per modum subitum cessat a membro, quo prexistebat. vnde & si Gal. hāc delectionē resolutioni adaptet, si stricte de ea sentimus sat differunt, quia resolutio nunquam sic subita est, vt rigor huius termini occultatio, aut abscōsio predicat. sed de nominibus nō est multa vis. Noto secundo, q̄ vt ex textu potest colligi per illud verbū (deletur ac rursus repetit

petit.)trifariam id contingere poterit, primo q in pulmone existens ad quancunq sedem deriuetur,& sic absconsum parum post, ad idem membrum reuertat. Secũdo vt iam in crure existẽs inde occultetur, & ad idem crus repetat, tertio q in crure existens,de nouo ppter mutationem a pulmone,iterũ abscondatur a cruribus,& reuertatur ad pulmonem, differens a primo membro,q in hoc tertio a pulmone ad destinatã sedem permutatio fiebat. Potestq addere quart. vt a cruribus non ad pulmonẽ verum ad quamuis sedem deriuetur, & repperat crus. differens a secundo mẽbro, quia in hoc quarto non adstringor,vt in cruribus e pulmone prius affecto inueniatur apostema,sed per quemcunq alium modum possibilem. Quo viso iustum est perpendere. sub quo membro principaliter textus intelligatur,& dicimus q sub tertio. nã vis illius verbi(reppetit,) id sonat, puta ad eundem larem. Textuumq etiam preteritorũ sententia, ad illud obligat. Notandum tertio,q & si resolutio apostematũ paulatina sit,collatione tamen ad indurationem,corruptionẽ & suppurationem,dici potest subita,& inde nomen delectio,sibi attribui potest. & sic Gal. vnde verũ modum crisis imitatur,& fit cum potentia virtutis,saluteq totius, ac partis, qua, apostema prexistebat. ob qd libello de intemperantia inequali, exaltata est hec apostematum terminatio inter omnes. que medicamentorum equalium subtilium approximatione, membri raritate, humorum subtilitate, ac aeris calore,facilitatur. Et qualiter hoc vltimum,non pugnet ei, quod in tertio hui⁹ dicemus,de apostematibus hiemalibus, ibi videbitur, nec obstat, q vulgus talem resolutionem diffamet, credens humorem retrahi, ad internas sedes. Ignorat enim diff. inter resolutionẽ, & absconsionem, quam statim taxabimus,& rationem male crisis meretur. & sollicitat nos,ne idẽ morbus,aut peior reuertatur,& si ad tempus accidentia lenian- tur. quo tempore nec licet regimem dilatare, vt in simili proposito consultum est primo de diebus decretoriis.ob quod Aui.2.quart.cap.17.quecũq de istis exituris eueniunt,& occultantur absq maturatione earum, dispositio nõ caret duabus rebus, aut vt reddeat egritudo, aut vt reddeat maior quam fuit. Accedit autem peiorem redire morbum, aut q male se rexit, aut q interea aliquem gradum malicie acquisiuit morbus,in dicto cap.& augmentata est malicia,ex eo quod superuenit materie, ex constirctione. pro quo habet litera castigata ex violencia,& labore. quã scilicet diximus. ecce igitur qualiter desistere,sit aliquando per resolutionem,qnod summe appreciamus. aliquando per absconsionem, remeantibus humoribus ad eundem larem,quod satis timemus. quorum gracia, opere precium est videre, que possunt esse cause talis subite occultationis, & Aui. loco dicto, sentit duplicem. Prima loci ad quem transmittitur dispositio, nam si capacissimus est,quietatur humor, alias reddit. sicut in aqua fluenti fit resta-

gnatio. ex quo patet, q loci capacitas. est de rebus facientibus ad laudabilem permutationem, & securam. & si de peraccidēs disponat ad cauernam, & fistulam. vt inde reprobetur qd thadeus. 2. quart. altera causa potest esse medici ignorantia, non considerantis casus, vbi repercussiua sunt prohibita. Nam si cretico repercussiua apponat, sepe in faciem mandantis reuerberare facit humorem. vt inde, sepe consultum sit, non agere contra partem nature. Ita potest esse, obuiatio ad aerem frigidum, sicut in variolis apparentibus contingit. alia est, conactus in particula suscipiente. nam & si destinatum sit, imbecilliores partes suscipere. 1. pri. 2. de diff. febri. &. 2. de morbo & simpt. nō inconuenit, recalcitrare humorem ex tali conactu, potissime si non est deputata a natura, pro emunctorio, sed secundum quid dicitur debilis. he ergo sunt cause absconsionis apostematis. que tanto periculosior erit, quanto pars ad quam reuertitur nobilior sit. vt concla matum est, eo Hippo. textu. extrinsecam herisipilam intus conuerti malum. & alibi asquinante habito, tumorem in gutture fieri bonum, que lex cōmunis est omni apostemati ex Gal. dicto textu. ex quo patet ingressus ad Hip. sententiam quantum timendum sit, vt materia in crure existens, alio ve loco ignobili, ad pulmonē sic nobilem sedem reppetat. quod Aui. in cap. de pleuresi, bene depinxit, scilicet exiture iste quando occultantur, & profundantur, significant nocumentum, & multiplicātur proprie, quando reddit materia ad pulmonem. dixit genti. multiplicantur occultationes. Sed ego gloso multiplicatur nocumentum, eo q reddit ad idē membrum nobile & sat infirmum. de via autem, qua talis transitus fiat, non est mirandum, eadē est enim athebis ad athenas. Scis enim ex Gal. cōt. illius quibus inter phrenes & renes, quot inusitati transitus, & occulti sunt possibiles, in corpore viuo. Iusta quod Aui. in. 4. pri. cap. 3. in serie natura quoq; plerunq; taliter operatur. & euacuat non per partem, qua consueuit, ita q sepe hesitare facit medicum, in trāsitu talis materie. q tanta posset membri quod suscipit dignitas esse, vt subita mors contingat. 10. tert. ex Aui. ob quod in calce textus. fors huius absconsionis, est delirium, aut mors. Quod si humor qui exterius residet venenosus sit, quis dubitat vltra causas dictas occultationis, non paruam esse, illam inclinationem, quā venenum habet ad regalia membra. ob quod hispanus poeta. vas aureū amat venenum. nescio quid, adeo odit pauperes, & amat principes. A quibus damnis, & forte, in tuto est, inuictissimus rex noster, qui tantum timetur a suis, quantum ipsius miranda representat magestas, tantum diligitur, quantum ipsius incredibilis petit humanitas. nam non solum regem, sed dominum & piissimum patrem habemus in terris, quem sinat Deus optimus maximusq; nesthoreos vincere annos. ad propositū igitur reddeuntes, poterit libentius venenosum apostema, vt antrax, glandula ve. tem-

pore pestis abscondi. quo tempore, festinat mors, ipsis glandulis absconsis. vnde Aui. 2. quart. dicto cap. concludens illius permutationis discrimina, ait, & recepit. quod verbum, videbatur satis extra propositũ, nisi litera castigata subueniret, habet loco ipsius, & perit. scilicet propter redditum ad tales nobiles sedes. Viso ergo de aliquali declaratione ad sententiã textus, restat perpendere de illis duobus signis, quibus grauatur talis absconsio. & primum est febris permanentia, detinet enim febris, & si deleatur apostema. Sed videtur huic sententiæ pugnare illud Aui. in. 1. quar. in fine cap. 2. tracta. 2. in verbo qñ alleuiatẽ febris. vbi colligitẽ, in permutatione alleuiari febrẽ ergo qualiter detinet. dic ꝙ nõ inconuenit, in permutatiõe alleuiari, aut qa nõ adeo cõstricta materia, aut dolorẽ minus causans, aut cõmertio bonorũ humorũ, aut partis resolutione, aut ex aliis circunstantiis. qđ nõ pugnat verbo (detinere febrem,) quia potest esse continua, sed valde remissa. Sed attende, ꝙ cum crura sint satis distantia a corde, & nõ valde obnoxia, vt in ipsorũ apostematibus febris detineat, potissime iungendo hanc occasionẽ, ad sequens signũ, de quo statim: non esser longinquũ fundare, textũ intelligi, de absconsione apostematis in pulmone quod reppetit eundẽ locum. & id, timetur, ex permanentia febris. non intelligendo necessario, vt iam crura possiderit, sed ꝙ a pulmone cessauerit, sed eũ is textus ad permutationem factam ad crura continuetur, Gal. ꝙ ex permanentia febris arguat ad profundas sedes nobiles remeasse materiam, ergo sentit ex exterioribus partibus, & istũ sensum supra amplexi sumus. Dicamus ergo humorem putrefactũ potissime calidum, etiam in cruribus existentẽ febrem iure, posse cõmitari. vnde si apostematis occultatio, esset eorũ humorum vera resolutione, & si occulta, neq; febris consisteret, ergo si febris detinet, inditium est, versus sedes moueri, quibus propensiores erunt ad febris conseruationem. Nam verbum detinet. adstringit me, vt febris nusquam euanuit, alias posses dicere, & si prius non esset febris, modo significatur, intus remeasse humorẽ, nouo aduentu febris. Sed primo sensui magis hereo. sed cum alterũ inditium cõtemplamur, maior se offert hesitatio. quid enim pedi, & screationi, vt ex ipsa vituperemus illam absconsionẽ. dic, ꝙ ex febris permanentia, constat intus remeasse, sed cum plura membra sint in profundo. si iterum inspiratio difficilis fiat, & talis screare minime possit, iam certificamur ad eundem pulmonem reppetisse. quo, cum labore spirat, & screat. habet ergo iam debilitatus eundem metum, quem prius ex pulmonia conceperat. ob qđ nec mirum, ꝙ deliriũ habeat, ex affinitate ad cerebrũ, lege, quid acciderit zoar, cũ fugeret ab hali, ex apostemate mediastini. nec minus poterit succedere mors. suffocationis, prohibita inspiratione. Posset esse curiosum dubiũ, vbi cõplent illa apostemata, tempora sua, & si vtrobiq; continuantur, sed de hoc, alias. quare &c.

Qui

¶ Qui purulenti ex pulmonia sunt si maiores natu fuerint, potius intereunt, per alias vero suppurationes minores natu potius moriunt. GAL.

Maiores natu non simpliciter, sed cõparate aduersus minores natu intelligi debent. Nam qui per etatem nimiũ iam processerint ex nullo morbo magis quam natu minores conualescunt. Sed qui inter hos & consistentes suo vigore interiacent vtpote semicani crudiq; senes nomine conualescere videri licet interdum magis quam qui consistant per etatis vigorem, quemadmodum Hip. ipse docuit de inflammationibus que in auribus fatigent, & nũc de purulentis ex pulmonia. In his enim quia propter excreationem sanatio est viribus egens validioribus, ob id potius minores natu quam maiores seruãtur, in ceteris minores natu antea moriuntur, ex doloribus ac febribus id quod ipse dixit de auribus. Febres enim ac deliriaminus illis accidunt proinde aures antea suppurantur. Porro minores natu dicit antequam aures suppurentur, multi intereunt. Quoniam si effluxit pus in auribus conualiturum esse egrũ sperari potest. Itaq; per alias suppurationes sub ipso suppurationis tempore minores natu ex magnitudine febrium ac doctoris moriuntur. GLOSA.

Claudit sententiam Hip. de apostematibus pulmonis, quidam cõpara tione facta, respectu aliarum passionum, pene senes etates, vt ex hac purulẽcia, contingat maiores natu, potius interire, ex aliis vero, ceteros etate minores. Notãdum est pro introductione Gal. per maiores natu, soluni primos senes intelligere, qui tales comparatiue dicuntur maiores. Nam absolute maiores, quales vltimo senio confecti, a nulla passione tutiores euadunt ratio impromptu est, quia curans sicut sciuisti, est virtus. in quibus adeo deficit, vt potius incepta sit illis mors, quam virtutem mereantur constantem. ob quod in alio proposito, disputatũ est, omnem febrem dici calorem preter naturã, pter naturalitate opposita vite, quia ephimera in decrepito, est mortalis. Sed circa hoc contingit dubitare, nã si ex hoc morbo textus, potius maiores natu intereunt. & inde, adhuc maiores, potius interibunt. Ergo de talibus, textus potest intelligi. & sic Aui. cap. de plenresi air. raro de crepitis accidere, sed si fit interficit, ob debilitatem virtutis in spuendo, & mundificando. que est causa, sentlta a Gal. in cõt. dic, q aliud est referre corpora ad hanc, aut alteram passionem sub ratione periculi, aut mortis. Aliud autem, sub vtroq; euentu, scilicet vite, & mortis. nunc dico q respectu istius purulentie, de vtroq; sene potest textus intelligi, sed tales de crepiti, non veniũt comparandi, vt ab aliqua passione superstites magis, ipsis minoribus natu euadunt. secus de primis senibus. Notandum vlterius, aliquot egritudines habere totũ suum discrimen vsq; ad statũ, aliquot etiam quo ad declinationem, loquor de declinatione quo ad accidẽria, vt facilius intelligamus. & si de omni posset intelligi. nec cogor in presentiarũ dispu-

tare,quomodo in declinatione,sit periculū,quod attribuēdo nostri textus sententię dico, quod suppuratio potest accidere fere in omnibus mēbris,que bifariam,infesta est nature. aut impetu simpthomatū,puta doloris,& febris, que in vigore suppurationis sunt vehemētiora. iuxta sententiā Hip. in. 2. apho. aut ipsius puris retētione,& mala expurgatione,vnde mēbrum dilaniari,aut hominē difficulter spirare,inde cōtingat.cū igitur pulmo viuēdi non sit sensus,nec senes primi,ita habeant acutum sensum, respectu iuuenum,de quo ad vnguem. 3. huius pertractabitur. Itidem nec ipsis intensissime febres fiant,respectu iuuenum,siue id ratione auerois contingat, aut alio modo,inde est, quod primi senes a periplemonica collectiōe in tutō sunt, ex impetu simpthomatum, secus iuuenes. Sed cum iam ad puris expurgationem peruenitur, ibi totum discrimen est, nam deficiunt in expurgando pus,& sepe intereunt cum stertore suffocati. ob que ex hac passione,citius & potius moriuntur iuuenibus. secus ex apostematibus purulentis in artubus, vt. 3. huius videbitur lucide. Sed sub tali ratione, prestat istum textum ampliare, ad alias passiones precordialium. puta pleuresim, & si ad suppurationem non perueniat, vt timenda sit in maioribus natu, talis defectus expurgationis. Quod si ad maiorem lucem obiicias. textū istum non posse saluare, hanc periplemonicam collectionem in consistentibus securiorem esse, nam tales fiunt pthisici, sed talis nemini parcit. Immo ex apho. talis passio potissime accidit in flore etatis consistētibus, ita quod vulgus, male sciens ponere discrimen, inter pthisim, & ethicam asserit hominem, senem, haud posse pthisim incurrere. potest dici, citius mori maiores, & id sufficere ad veritatem textus, & pro ratione Gale. in comento. aut quod ex Hippo. nec Gal. non persuadetur, iuuenem ex tali purulento apostemate euadere, nam licet introducat ex aliqua passione, puta aurium suppuratione posse aliquem senem magis reddi in tuto, quam consistentem, non valet inde, vt ex purulenta collectione pulmonis, aliquis iuuenis incolumior euadat, immo omnis etas potest succumbere. Et tandem faceret nos, reppetere superius agitatam questionem, si ex pulmonia suppurata sit euadere, ipso pure in eo membro expurgato, aut in cauum pectoris diffuso. Cum quo nota, satis interesse, in comparando corpora, ad frequentiorem occursum alicuius passionis, aut ad celeriorem aut tardiorem terminationem, & ad maius aut minus periculum. nam ab omni curanda passione de per se, iuuenis potius euadit, qualiter autē pulmonia, que potius pituitosa est, maioribus morbus proportionalis, cum sit, ipsis magis infesta dicatur, aduersus Hippo, sententiam in morbis minus. Scis enim in morbis complexionalibus, & de per se, eam sententiam magis certam esse. quare &c.

De dolore

De dolore qui circa lumbos fatiget. Caput. xiii.

Dolores qui cū febrē affligāt circa lumbos & inferas sedes si precordia attingit inferas relinquentes sedes: exitiales admodum sunt. Itaq3 consideranda alia signa sunt. Nam si quod horum prauum extiterit: desperādus eger est. Si vero remeāte in p̄cordia morbo alia signa nō praua extiterint talē fore purulentū admodū expectabis. GAL.

SI precordia attigerint quidā de delirio intellexerūt velut si in hunc modum dixisset. Dolores qui cum febre affligant circa lumbos & inferas sedes, si ascendentes cōmittant delirium, difficiles sunt. Alii melius quā hi partē corporis dictam volunt, quod septū quoq3 transuersum nominatur. Suffragatur veritati orationis illud qd est in calce sermonis perscriptū, vbi dixit, hunc fore purulentū sperari admodum potest. Vult enim recurrente in thoracem morbo e duobus alterum, aut de repente aboleri egrum, aut si secum optime agatur prorsus fore purulentū. Porro hec interstinguuntur aliis inditiis. Si enim non praua sint purulentus euadet. Si prauum aliquod fuerit, prorsus moriturus est.

GLOSA.

Iusta contexturam mei codicis, iste textus est primus tertii libri, sed in veteri litera, talis cum quibusdam sequentibus, de secundi libri farragine sentitur esse, cui magis assentio. cum sit eiusdem rei, scilicet permutationis apostematum. vt cum in precedenti, pulmonem iterum grauari, reppetente morbo ab extrinsecis sedibus ad ipsum. hic, de permutatione ex internis sedibus, infernis tamen. & sub diafragmate, ad superiores, scilicet regionem precordialem, de quo dicit, q̄ dolores cum febre. si inferiores deserant sedes, puta ilia & femora. & precordialem attigerint regionem, exitiales sunt. ecce primam partē textus, que fundatur in ratione dicta in precedentibus, vt a locis vilioribus, ad regalem regionē dolores permutentur. Notandum primo ponderasse bene dolores cum febre, nam qui absq3 ea sunt, & per ipsius presentiam illico absoluuntur, a ventositate fiunt, nam circa hepar dolores, febris superueniens soluit eos ex sententia Hip. talis igitur dolor & si ab inferioribus desistens, supernas sedes grauet, non inde timendū. nam ille est modus spiritus flatuosi, vt huc & illuc agitetur. circa expositionem ergo istius prime partis, triplici difficultati satisfaciemus, & prima est, si hic dolor est cum apostemate, & crederē q̄ sic, nam est pendensa materia, quia in suppurationē poterit talis materia pertransire, ex fine textus. & est calida materia, vt ex presentia febris vtrobiq3, denotatur, estq3 eminens periculum protēdens, ex textu. quale consueuere apostemata eorum viscerum ex Gal. 10. de morbis curandis. & aliis locis. est altera difficultas, q̄ cum dolor materialis inferiorū locorum plurimas vias finitimas habeat, vnde humor vacuari possit, vnde sic petit superiora? Dixit enim supra. ac. 4. apho. in textu. 73. ilia suspensa. si dolor succedat ad inferius

permutari, per. vacuationem infernam terminatur, quo magis si inferius prexistebat. Respondeo, q inde arguitur morbi difficultas, & eminēs periculum. quia ille humor censetur furiosus, virtusq; sic infirma, vt sinat se vinci, quo ad nobilia membra. nec valeat ad finitimas vias deputatas expulsioni, ipsum excernere. Est vltimus punctus. q ponitur in textu, pro circunstantia grauante, q talis dolor infernas deseruit sedes. nonne dupla pleuresis, est infensior simplici, funiculus enim duplex difficile rumpitur. Ergo dolore vtramq; regionem occupante, metus erit ingentior: nisi esset q Hippo. valde artificiose sit locutus, nam superiora condolere inferioribus, communitatis gratia, sepe contingit, nec inde tantus arguitur timor. Sed si deserat inferna loca, de nouo occupans superiores, indiciū est priuatim affici supernas. Notandum deinde, q quipiam illud verbum textus precordia (contingunt,) exponūt, id est delirium causant. cui expositioni non consentit Gal. in cōmento. quia non desetens infernas sedes posset cōmunitate delirium causare. argumētum est mihi, matricis apostema, quod tale simpthoma potest causare. iuuor bono textu Aui. cap. de signis febrium apostematum in. 1. quart. & associantur accidentia extranea sicut apostema matricis. Soda. habet rasius loco illi⁹, turbatio sensus. vnde Aui. sumpsit autoritatem, & si propter distantiam matricis, videatur illud longinquum. etiā quia parum est neruosa; vide Alexan. cōt. 1. epidimiarū. & Gal. ergo Hippo. non sentit, nisi deseruisse inferiora loca, & precordialia occupare. sed non videatur Gal. adeo ita rationale istorū antiquorum fundamentū, nā si supra in absconsione apostematis, ex cruribus ad pulmonem, alterum duorum promittebatur, aut delirium, aut mors. qua ratione, id nō erit possibile in hac permutatione, ex infernis visceribus ad superna. nam illi merito accusandi essent, si verbum precordia contingunt, exponerent per verbum delirium, sed sic exponitur, si ascendentes cōmittant delirium, difficilis est morbus. aut desperandus est eger, nam delirio pretenditur, materiam permutatam ad cerebrū, & tūc mors succedet in secundo & tertio iusta sententiā Aui. in cap. de signis permutationis pleuresis in fine. quod fiet, si praua alia signa presentia sint. qd precipuum erit, apostema non apparere in partibus emunctorialibus capitis. tunc signū est, ventres cerebri illū humorē occupare. qd totū potest fundari in snia Aui. cap. allegato. Sed si credis, piaculū esse, dissentire a Gal. ipsum insequete. & tūc pcedemus ad expositionē secūde partis ipsius textus, q̄ habet in summa, permutata materia ad regionē precordialē, prioribus sedib⁹ desertis, duo discrimina offerunt, aut certissime mortis, aut suppurationis, in ea precordiali sede. hoc aūt diffiniendū est, ex tenore signorū. que aūt signa sint, que certam mortē promittāt. cū textus alia signa cōtemplāda precipiat a febre, oportet intelligere virtutis debilitatē, q inter mala signa obtinet apicem.

2. quart.

2. quar. anhelitus difficultaté, & deliriú, si vis priori nostre snie incumbere. His.n. apparétibus, desperádus est eger. quia natura diu iam pressa morbo dolorifico, & interno, de nouo affligit apostemate diafragmatis, aut pulmonis. q si ipso dolore facto, oino sputú non cohibeat, virtusq suo modo constet, talé purulentú censebimus futurú, quia defatigata natura ex priori morbo, minime se ad resolutioné parabit, nec sufficiet. Si vero ex illis annuentib9 signis, talis purulétus euadés. sic euadit talis, vt a morbo & morte vindicetur, nō claret multú, ex autore, nec Gal. quia forsam ea signa nō pmittunt nisi tardioré mortem, iusta suppurationis conditioné. cú ex prioribus signis nequá, in breui attingeret. aut q vita promittit cú tali dispositione purulenta, a qua si est euadere, si in pulmone existat, supra discussum est, a diafragmate sat possibile. quare &c.

De inflammatione que in vesica fatiget. Caput. xiiii.

S I vesica dura est ac dolore vexatur difficilis omnis & exitialis est. Exitiosissima vero est quecunqz cum febre continua affligit. Qui enim ex ipsa vesica fatigat dolor interimere hominem sufficit: & aluus in talibus nihil nisi durum ac pro necessitate excernit. GAL.

SEPENVMERO dictum iam est vt inflammationis vocabulum Hip. de inflámatione afferat sermoné indicans, quam Erasistratus & alii posteri nominant singulari appellatione inflammationem, quemadmodum sane nunc dicit. Vesica dura ac dolens. At vero quá obrem talem dixi haberi difficilem affectionem maxime quotiens febris infestet acuta pspicue ipse indicauit magnitudiné causando doloris, & ité deiectionis suppressioné. Supprimunt vero pptes angustiá subrecti intestini, atqz etiá vesice doloré. Porro desinunt egri tali fungi officio, quotiens statim si ceperút, dolor infestet. Idqz cómune vniuscuiusqz doloris est. As vero dolor affligit interdum, quia fungentia officio opificia inflámatione laborant, interdú quia proxima talibus opificiis mébra afficiuntur. Ita spirantes dolore infestantur ex inflammatione lienis, aut ventriculi aut iecoris, aut in iliis musculorum, & ob eam rem spirare difficulter coguntur genere spirationis difficultaris quo spiratio parua ac creba est. Sed huius spirationis difficultatis, atqz etiam aliorum omnium causa, libro de spirationis difficultate primo perpessa iam est. GLOSA.

Cum laudabiliter videat compleuisse tractatú apostematú precordiali sede ortorú, cum suis vicissitudinariis permutationib9, ad pnosticum ex apostemate in vesica inuento, se tráfert, qd mortem ptendit, potissime si iunctum. circunstantiis textus inueniatur. & poterit esse talis ratio nexus ad priorem textum, quod dolores circa lumbos & inferas sedes, & si precordia non attingant, in ea inferiori regione prexistentes, non sunt absqz periculo, immo in vesica sat exitialis. et licet ex superficie textus videatur sentiri

ſentiri, duplicis apătis mentionē fieri. ſ. duri & dolorifici. abſq; febre, alteriuſq; q̃d febris cõmittat. ex verbo exicioſſima eſt, quecũq; cũ febre cõtinua affligit. in veritate, vni⁹ duntaxat mẽtio fit, ſcilicet flegmonis, quod doloroſum eſt, ex viuido ſenſu mẽbri, dutũ etiã ex ſanguinis plenitudine. ſed quodã, febris inſequetur, cũ interceptis periodis, adinſtat apoſtemacũ renum. vt ex A ui. cap. ꝓprio. aliud vero, inſeparabilis febris, & inteſa, quo & apoſtematis magnitudo, & crucians dolor, ſignificat̃. vnde iuſta hoc ꝓpoſitum, egõ intelligo verbũ A ui. 19. ter. cap. 8. accidit, quãuis nõ plurimũ apoſtema calidũ in veſica ex ſanguine & colera aut ambobus. nomen enim flegmonis de vtroq; põt intelligi. 2. par. ad glauconẽ. nõ vt gẽtilis, q̃ illud membrũ, minus incurrat apoſtemata calida, quã frigida, ſed, q̃ nullo pacto frigida, & rariſſime calida, niſi cauſa primitiua magna adſit, que calidum vocet. primo de locis affectis. nã membrũ ſic ſolidũ, minimeq; corpulẽcũ, impoſſibile eſt imbibere humores craſſos, iuſta id accidũ erutantes. & calida apoſtemata, cũ difficultate, potiſſime, extra collũ quia pleura & ſi eiuſdẽ ſit ſpiſſitudinis, nõ parua occaſio eſt, vicinitas calidorũ membrorũ, & ſubtilitas ſanguinis, qui nutrit partes ſuperiores. ob quod non inuenies cap. apoſtematis frigidi apud A ui. ipſius veſice. q̃ ſi in cap. de ſignis calidi apoſtematis, meminit apoſtematis duri, tale, calidũ potuit eſſe ꝑ viam incohationis. Ergo veſica duta doloroſa & cũ cõtinua febre occupari, ab apoſtemate magno calido demõſtrat, q̃d ſumme periculoſum eſt. vt dicet. cuius tam crudelis periculi, principalis cauſa eſt, vrgentiſſimus dolor, qualis mẽbro ſic ſenſitiuo accidit. A deo enim ſubtile membrũ, diu occupatũ ab acri & mordẽti vrina, niſi vigentẽ ſenſum haberet, vt exonerareť, ſat piculo ſum eſſet. vide. 5. de vſu partiũ in verbo, ſi eñ oĩno eſſent expertia ſenſus. Poteſt. n. accerrimus dolor, ſi Gal. credimus libello de cura lapidis ac. 12. de morbis curãdis vitã in breui aufetre, vt in terribili dolore colico eſt cõſpicere. quis aũt ſit modus in doloribus, ſic exterminãdi vitã. 12. tert. cap. de ſincop. & 2. pti. habũde viſum fuit. cũ quo etiã, deiectio ipſa, nõ continuat̃, & poſſet colicus dolor, ei cõiungi. S ed ſi legitime dubitares, cũ actio leſa, ſit potiſſimũ inditiũ egritudinis. 1. de locis affectis. vnde priuationis vrine, nulla ſit mẽtio, de priuatione aut deiectionis multa vis. dic ſubtilitet, notũ eſſe ipſius mẽbri doloroſi ſic acriter, actionẽ leſam eſſe, cũ id ſit peculiare, dolori intenſo intercipere facultates ab actibus ſuis. vt fuſe Gal. in cõt. & ſupra in textu ſi frequens ſpiritus ſic. Itẽ q̃ vrine retentio, nec leſionẽ eſſe in veſica immediate protendit, cum leſione aliorum poſſet euenire. bene tamen apoſtematis veſice magnitudo, ex cohibitis fecibus indicat̃. quia cum veſica ſuperpoſita ſit inteſtino recto, i tumorẽ peruenięs, fecũ coarctat viã. nã ſicut ex apãte inteſtinorũ, aũt matricis, in vrina idẽ cõtingit ex ſencẽtia Hip. in. 5. aph. in anno flegmonẽ patiẽti. ita vice verſa, ex apoſtemate ve-

fice magno,impedit deiectio. Vltimo videbit,nõ poni in hoc textu valde rationabiliter, ꝑ circunstantia grauante, ipsam febrē continuā,immo pro adminiculo alleuiate. Iusta sniam Hip.in.6.aph.quibus ex strãguria yleos nascitur in.7.diebus pereūt nisi febre superueniēte multa vrina fluat. quia alludit alteri sentētie posite in.7.quibusc͡uq; inter renes & ventrem flegma cōcludit,& dolorē exactat,nō habens exitū in neutrū ventriū, his secundū venas in vesicam conuerso flegmate, solutio fit morbi. dic, multa fluente vrina. Sic ergo erit in presenti, per aduentum febris. dic primo ꝙ Gal. in cōt. illius textus,habet talem apho. ꝑ suspecto,& ꝙ nō sit Hip.nec credit ex apostemate vesice,iliacā posse oriri, bene aliquē modū colicum presso recto intestino,vt inuimus. itē quia impossibile est alicui illarū passionū, febrē cōferre,immo iuxta ipsius tenorē, argumētamur de apostematis magnitudine in vtraq; illa regione. nec ꝑ viam cause est in febre vtilitas,cū sic deuastet corporis substantiā,& vires. Modus tñ est saluādi,totū apho.cum illa stanguria possit esse a crassis humoribus, quibus permutatis sursum iliaca fit, quā vtramq; pasionē dolorosam, vix vltra.7.natura supportabit, nisi tunc febris adueniat, que subtiliet, calfaciat & eos dissoluat humores, sed in veritate verbū Hip.(superueniēs) discriminat eam sententiā ab ista, quia hic est cōtinua, a principio passionis indicās calidū apostema. q̄re &c.

¶ Si vrina mingitur purulenta:candidum ac lene obtinens sedimētum: solutio accidit egrotationis. GAL.

Quotiens vesice inflammatio concocta sit, decumbunt in sedem eius interiorem concocti humores,scilicet ac pariter cum vrina excernūtur inditium gerentes bone in sedimēto concoctionis. GLOSA.

Ostenso periculo in apostematib⁹ vesice,tēperat sniam suā,qualiter etiā in bonū accidat terminari,cū dicat.solutio accidit egrotatiōis.apostema eū morbus naturalis sit,absq; abscisione cause vere curari nō potest. que dupliciter cessare potest, aut occulta difflatione a natura, seu artis admeniculo, aut publica;estq; vtraq; operatio tali mēbro, cū congrue remedia possint ei adhiberi.intus et extra, ac calidū apostema talibus terminationibus est obnoxiū. Sed qualis sit ista publica terminatio nondum notum. ob qd iustum est querere quid ꝑ vrinā purulentā intelligit,habentē candidū ac lene sedimentū. nam si vere talis vrina habet bonā quantitatē puris,tale nō exit nisi apostemate rupto.ab vlcere aūt publico vesice nō releuatur quis Hip. in.6.aph. vesicā incisam &c. Itē illud sedimentū album lene & equalē qualiter per miscellā puris nō turbat, superius enim posuimus discrimē inter talia,tractatu. de vrinis. itē si illud apostema fuerit versus tunicā exteriorē,qualis modus trāsitus illi⁹ puris.itē si in collo vesice, ꝓcedet vrinā, & nō miscebitur ei. Iusta collis vlcera.6. de locis affectis. Primo potest dici, & si magis superficialiter, posse humorē comprehēsum in vesica quo apostema fit,

ma fit, bifariam concoqui a natura, aut suppuratione aut alteratione, citra ipsam, que paret expulsioni. nam. 4. pri. si humor vno fuerit residens loco, non mouetur donec exacte coctus sit, ergo ita natura ipsum coctum potest per partē finitimam vacuare ex ordine virtutum, credetur autē eam vacuationē esse ad bonum, cum sedimentū album lene visum fuerit, quod perfectam coctionem humoris protendit, & sic naturā supetasse. sic Gal. in cōt. cum cocta est vesice inflāmatio, cocti humores descēdunt cum vrina, & cū ipsa excernuntur. Altera autē terminatio, que suppurationi rupte succedit, ipso pure vacuato, datur intelligi per verbum. (Si vrina mingitur purulēta. Sed huic sensui nō incumbimus, propter cōtinuum sermonē Hip. in textu. vbi tantū de vnica vrina fit mētio. quapropter duo sentim⁹. ex Hip. primū est clarum. vt illud verbū candidum, lene sedimētum, sint conditiones termināntes conditionē puris, nam plures ruptiones erūt perniciose ex malignis vlcerib⁹, nisi pus ipsum exceterū, sit album lene, vt corrosio nō timeatur, aut dilaniatio ipsi vesice, si igitur tale est pus, soluit̄ salubriter ipsa egrotatio, aliter non. Sed adhuc nō sum plene satisfactus, hoc sensu. sed ꝙ istud, qđ suppuratur apostema, significabit̄ in bonum terminandum, cū in vrina videat̄ sedimentū album, & equale, quia ꝑ tale, perfectum dominiū nature significabit̄. Res. n. cruda, que nō concoquitur. 1. de crisi. aut crisim malā, aut lōgitudinem egritudinis significat. & reliqua que per te vide, tale igitur sedimentū precedit rupturā, qua facta, purulēta apparet vrina, hoc est bonā illius puris partē demonstrans. verba aūt Aui. in cap. de signis apostematis vesice, huic sensui cōgruentet adaptari possunt. Postquā enim precedentis textus nostri mentionē fecit, vbi rabie doloris ante suppurationē, euenit iam mori. addit & ꝓprie cōtingit scilicet mori, qñ fit adubel, hoc est supparat̄, tūc introducit literā nostri textus. Si vero in vrina, fuerit fex alba lenis. tūc erit maioris spei ad vitā. quia significat̄ simpthomata supputationis, nō superasse vim naturalē, vt a coctione desisteret. Addit vlterius signa maturitatis apostematis. s. mollicie m & sedatione accidentiū & digestionē in vrina & sedimē ei⁹, claudit demū sniam, & significat eruptionē apostematis, vrina habēs admixtū pus. & iste est verus sensus, istius litere. nec vlcus insanabile succedet, quia cōiter hec apostemata fiūt in collo vesice qđ corpulentū est, & ibi est carnis generatio, & cōsolidatio possibilis, Hip. n. de magno & i corpore vesice intellexit. possem in pñtiarū spaciati, ad causas difficilis cōsolidatiōis vlcerū istius mēbri, ex trāsitu superfluitatū acriū, ꝙ i loco inferiori, ꝙ exāgue sit, etiā posse satisfacere, si est in totū bitunicalis, ne ve ipsa vesica, qa Aui. videt̄ pugnate sibi. 1. pri. & 22. tet. nā veritas est, ꝙ a pte supiori est bitunicalis, vsq; ad mediū, gratia circūloquii anfractuū pororū, qb⁹ intromittit̄ vrina. nec demū abstringōr reddere cām vni⁹ mirādi effect⁹, q̄re, qui dolore cruciat̄ in lapide, aut

vlcere vesice, sic miserabiliter doleāt in capite collis, cum distet satis passio a loco. nulla est, nisi illius membri acutissimus sensus, quo muniuit natura ipsum, vt tāta delectatione, recōpensaret coitus turpitudinē, ne esset odio masculis, quo generatio interciperetur. qui ergo gustauit dulce, & sentiat amarū, iusta id ecclesiastici. vt quis p ea que peccat, torqueat. quare &c.

¶ Si vero neq; cōcedat vrina: neq; vesica molescat: ac febris cōtinua fit primis circuitionib⁹ morbi: aboleri eū qui dolore afficit expectandū est.

GAL. Neq; mollescere vesicā ac febrē cōtinuā esse pspicuū est. Vrinā vero nequaquā concedere obscurū inexplanatumq;, est, etenim nomē de affectibus & itē accedētibus ferre assolet queādmodū oēs alii posteriores cui cōcedere inflammationē, mollē, duritiē, tendorē, dolorē dixerunt, non tn̄ aliquis cōcedere vrinā dixit. Itaq; forsitā de predictis Hip. appellationē trāstulit ad vrinā, vt mutationē eius in melius ita intelligamus, qd quidē si concedat vacuationē ex suppressione proditā ab eo inaudiamus licebit, vt intelligamus p inflammationē vesice supprimi vrinā, id enim interdū accidere solet quotiēsp quā exitiosus morb⁹ est, ac rarēter ex eo cōualescit. Igit ad hūc modū legit in aliis qbusdā, & itē in cocidib⁹ artemidori & dioscoridis, i aliis vero dictio ita habet. Si vero nec vlla fuerit vrina, neq; dolor cōcedat, ac talis lectio nullā habet questionē, aut ambiguitatē. GLOSA.

Prosequitur deinde super eodē proposito, de inditiis, quib⁹ sinister exitus expectetur in tali passione, & Gal. in cōt. aliud nō pretendit. nisi excusare Hip. a quodā ab vsu verbi illius (cōcendere) quod cōtribuit vrine, cū tamen sit vocabulū accōmodandum passionibus, aut simpthomatis. significat em̄ leniri, aut mitius se habere, tn̄ per quandā analogiā sentit, & vrine posse cōtribui. Est ergo textus sentētia talis, si vrina nō concendat, hoc est nō se habeat in melius, p sedimēti presentiā laudabilis cōditionis, sic enim dicimus aliquē concēdere seu clarius cōdescendere, precib⁹ nostris, cū prius seuerus & intractabilis videret. sed ad rē procedēdo, merito dubitabis, nō posse excusari Hip. ab inutili repetitione, quādoquidē tota snia textus, posita sit in eo superiori, que incipit. (si vesica dura est ac dolore vexat.) dic q & si ibi absolute, eminens periculū ob talē affectum pmitteretur, quantū vero properet, nond ū expressum fuerat. quod in presentiarū complet, cum in primis, morbi circuitionib⁹, aboleri infirmū sentiat. sed tūc magis dubitabis, quia festinat mors, aut debilitate virtutis, aut maiori morbi intēsione, sed hic nō exprimit aliquod tale. Ergo, respōdeamus, nō pudere Hip. vtilia reppetere cōt. illius in.5.apho. lac dare, ac cū hoc addit, qd prius cōticuit. quo termino aboleatur infirmus, nam si prius aliquem exprimeret, nunc accelerari, iusta vim argumenti necessum erat. ac posset dicere, hic vnum exprimi, quod magis grauat, scilicet omnino vrinā cohiberi, saltim secūdum contexturā antiquorū, q̄ habes approbatā in calce cōti. Sic enim

Insensum

infensum erat hoc apostema, vt oīno ab opere vacare vesicā cogat. cum in priori textu. deiectionē diminui duntaxat asseuerauit. itē & perseuerātia morbi ostēditur, ipsiusq; magnitudo p verbū textus (nec vesica mollescit) cum febre cōtinua quia nec resolutionis, p febris perseuerantiā, nec suppurationis, quādoquidē non mollescit tumor, datur spes. Quid ergo restat, cohibita vrina, ac vrgēte dolore, nisi aboleri hominem? et nō tarde, scilicet prima circuitione, hoc est. 1. quart. die. iusta impetū seuissimorū morborū. Videndū. 3. libro in principio, q si forte fortuna differat, non trāsiet. 7. diē, que omnia certiora erunt, si intensa fuerit sitis, extremorum frigiditudo, vomitus colericus, anhelitus difficultes, alienatio, vrinaq; omni coctione priuata. potest tandē legere textū, vt verbum cōcendat vrina, significet id, quod antiqui inuebāt, vrinam nō fluere, & dolor ipse nō remittatur. p verbum non mollescit, tunc enim nullam habet obscuritatem. quare &c.

¶Hec formula potissimum attingit pueros a septimo ad quartumdecimum annum. GAL.

Propter inoportunū atq; exuperāntē cibū copia colligitē humoris crudi vocati in corporibus puerorū. Is igitur p renes expurgatus quotidie, atq; etiā per vrinarios meatus in vesicā collectus interdū calculos in ea gignit, sepe etiā inflammationē, quotiens vesica ab humoribus his subinde traiicientibus vehementer afficiatur. GLOSA.

Vltimo textu libri hui⁹ secūdi, qua etate hic morb⁹ vesice fatiget, & occurrat, declarat Hippo. & ait, q puericie etate, scilicet a. 7. anno ad. 10. vsq;. quot sint etates, & q̄ etas pueritiā antecedat, & si pueritia attingat. 14. annū, vltra ea que. 1. pri. expressa sunt, multa diximus supra, ob qd̄ supersedeo. Sed primū, qd̄ se offert dubitandū est, qualiter id qd̄ rarissimū est, scilicet vesicā affectionē apostemosam incurrere ex Aui. cap. ꝓprio. Soleat frequenter occupare pueros, dieq; sane intelligendū est, scilicet respectu aliarum etatū, & si collacione aliorū morborū, talis apostemosus raro accidat. Sed tūc ad solutionē fortius obiicitē, nam vcusq; de apostemate calido vesice sermo habitus est, sed ad illud, etas iuuētutis prōptior est, cū humores calidi ea ipsa etate magis habundēt. Gal. in presenti cōt. succinte se expedit. facitq; pueritie etatē omnibus morbis plenitudinis obnoxiam, ob ingluuiem & inordinatas escas quas assument. Ob quod. 1. de crisi. taliū vrina humore crudo visitur plena. qui crudi humores, cum in renibus nō permaneāt, propter expulsiue vigorem ad vesicam trāsmittuntur. Iusta quod pueri, ac extenuati homines frequētius incurrūt lapidē vesice, q̄ renuum, secus pingues. Aui. 17. tert. cap. 2. trcta. 2. sed inde, dubio nō est satisfactū, cū ex crudis humorib⁹ qui habūdant in pueris, nō est ad calida apostemata occasio, secus in iuuenibus. nisi esset, q pueri frequentius incurrunt lapidē vesice, ex cuius affectus presentia, debilitaē magis particula, dolorq; ipse

torquens concitat humorũ fluxum, ipsosq; reddit accutiores. q si vis addere mẽbri molliciẽ hac etate, non esse exiguã causam vt recipiantur humores intra substantiã membri, nõ prohibeo. qd singulariter dicit Aui. in cap. de apostemate vesice. & illud scilicet apostema multociẽs accidit in infantibus causa lapidis & doloris ipsius, que ambo cessant, hoc est debilitant vesicã. que est completa causa, & nõ ea Gal. nisi sane intelligatur. & sic sint Deo optimo maximoq; laudes perpetue de hoc secũdo libro prognosticorum, qui dignetur ad sequentia illustrare mentem nostram.

Finit Liber secundus Predictionum Hippo.

CLAVDII GALENI IN PREdictiones Hippocratis. Liber tertius, interprete Laurentio Laurentiano Florentino.

De febribus. Caput. i.

In febribus autẽ venit crisis innumeris dierũ eisdem. Ex quib⁹ supersunt hoies: & ex quibus intereunt.

COMMENTVM GALENI.

DVO habetis volumina (vobis enim id dico sodalibus, quicunq; coegistis me ita instituentẽ scribere enarrationes cõmentationũ Hip.) in quibus oia precepta de dieb⁹ decretoriis ac iudicationibus perpẽsa iam sunt. Porro scitis vt eas nõ tanq̃ edendas in vulgus, sed tanq̃ vobis tãtummodo legẽdas scripserim. Accidit aũt vt exciderint & in manibus multorũ sint, quemamodũ & alia multa a nobis perscripta, & ob eã rem nullũ in cõmentariis mihi libuit enarrare volumẽ Hip. Quecunq; eñ arti vtilia ab eo didicisse oportuit, ea sunt in multis a me voluminib⁹ pariter cũ ppriis enarrationibus cõprehensa. Sed qm quedã dictiones prauam nacte sunt enarrationẽ, ita vt nullus vobis placeat ex iis qui cõmẽtationes scripserũt, melius vero q̃ hi scrutari sniam Hip. visus ego sum vobis, idcirco me scripta relinquere voluistis vobis, quecũq; sermocinãdi corã audiuistis. At vero idipsum ego quoq; vobis pdixi, vt necesse sit enarratiõis fore inequales nõ oibus equaliter dictionibus enarratis. Sed integrius illis quarũ nusquã in cõmẽtariis meis habui mẽtionẽ, summatim vero iis de qbus i eis cumulatissime docui, ne sepenumero ea ipsa precepta scribere cogamur. Ergo quia omnẽ de diebus decretoriis sermonẽ pariter ac de iudicationibus in quibusdã persecutus sum libris, hoc loco summas rerũ duntaxat earũ que ibi prodita sunt, in animũ reuocabo petito inde initio. Iudicatio enim per morbos de foro trãslatitia appellatione dicta est significans precipitem in

morbo

morbo mutationem, que quadrifariam existit, aut enim statim vindicantur a morbis, aut magnam obtinent in melius mutationē, aut statim moriuntur, aut multo deteriores euadunt. Itaq; duas primas iudicationes simpliciter nominant iudicationes, proximas duas, magna ex parte cū adiectione malam iudicationem, aut prauam iudicationem, aut aliquid tale verbo iudicationis adiicientes, & item quandoq; sine adiectione simpliciter. Didicistis preterea, vt omnis iudicatio cum quadam euidēti fiat vacuatione, aut abscessu. Raro enim puerili tātummodo per somnum altiorē ac longiorem celeres in melius fecerunt mutationes, quas nonnulli volunt etiam nominari iudicationes, alii nequaquā comprobat. At vero dies nominant decretorios, in quibus tales firme pariter ac plurime fiunt mutationes per alios dies, neq; firmas cernimus, neq; multas fieri iudicationes. Ceterum cognouit nō primus solum sed etiam maxime diutius Hip. decretoriorum dierum naturam. Atq; etiam indicauit causam generationis eorū, quam nos quoq; libro de diebus decretoriis docuimus, validiorem indicātes haberi circuitionem decretorium dierum septenarium. Secundam vero potestate quaternarium, eo q; septenarius bipartito secetur. Porro denuntiari futuram iudicationem septenarii circuitione a quatetnario. Quartus enim dies septimi. Vndecimus vero quartidecimi index est, quos Hipp. considerandos dixit, & indices nominat. Duo preterea primi septenarii a se inuicem diducuntur. Sequens vero, copulatur. Itaq; diducuntur quotiens sequenti die desinente primo septenario, mox sequens ab altero inditetur. Copulatur vero quotiens vnus dies vtrisq; septenariis cōmunis est desinente in eo primo septenario, proximo vero ab eo ipso incipiente, & ob eam rem vigesimum diem tertii septenarii nouissimum esse perhibuit, q; si hic quoq; ex diductione numeratus esset primus & vigesimus non vigesimus validior haberetur. Sed cōstat vt non ita eueniat. Vigesimus enim validam efficit ac sepenumero iudicationem. Igitur cū tres septenarii viginti impleanr dies, tum autē quartus septenarius primo & vigesimo inchoetur, ex septenariis deinceps viginti implentibus dies merito Hippo. quadragesimum diem non quadragesimum secundum decretarium haberi dixit. Itidem & sexagesimum & octoagesimum non sexagesimum tertium neq; octoagesimumquartum. Hec igitur circuitionum per septenarios digestio est, numeratio vero per quaternarios huic subsequens est. Diducto enim quouis septenario in duos in eo quaternarios, quartus ab initio morbi dies finis erit primi quaternarii, initiū vero secundi. Tum aūt quaternarius deinceps ab octoagesimo inchoabiť die, quia secūdus septenarius ab eo ipso incipit. Ita fit vt vndecimus dies finis tertii quaternarii initium vero quarti habeatur. Porro quintus quaternarius a quartodecimo inchoabitur die, eo q; tertius septenarius copuletnr. Igitur die septimodecimo

modecimo finis est, qui rursus duobus quaternariis, quinto ac sexto cõis est in quos tertius septenarius diductus est. Nec secus vigesimus dies egrotationis finis trium septenariorum & quaternariorum sex habetur. Hi igitur per circuitionem decretorii sunt. Alii vero intercidunt per morbos acutos, qui quam ob rem intercidant, libro de diebus decretoriis perpensum iam est. Tales sunt tertius quintus ac nonus. Intercidit quãdoq; sextus, qui male indicat, propterea q̃ cum accidentibus difficilioribus interdum faciat excidere iudicationem ad Hypercrisin nominatã, quia iudicatio vltra debitum prorogetur tempus. Non enim integre discutit morbum, sed imperfecte, & si quãdo integre discutit, prorsus efficit recidiuam. Hec & alia multa sunt a nobis libro de diebus decretoriis ꝓdita, que omnia fere Hip. scripsit alia aliis voluminibus, sed a me sunt vno libro comprehensa, cui titulus de diebus decretoriis est, simul definitis iis que minus definita erant. Atq; etiam integre explanatis, iis que ab Hipp. videbantur negligentius prodita. Cui vero libeat exquisita ratione presentire futura, reuoluende sunt cõmentationes ille, e quibus altera de diebus decretoriis, altera de iudicationibus est. Nunc vero instituimus duntaxat enararre dictionẽ Hip. Ex quibus superstunt homines, & ex quibus intereunt. Verbũ ex quibus, ant iudicationibus, aut diebus dicit. Sed rectius est nõ diebus intelligere, sed iudicationibus. Si enim & quam maxime cõuenit vt verbum ex quibus, de diebus dicatur, tamẽ premaria ratione in iudicationibus, & ob illas etiam in diebus existit. Ceterum ex his superesse hominem, aut aboleri, indicat appellari ab eo iudicationem in quauis celeri conuersione, non solum ea que ad salutem existit.

GLOSA.

Cum huius textus materia sit de signis prognosticis secundũ quasdam proprietates creticas, de quo vsq; mentionem non fecit, rationabile videtur iusta id quod diximus in principio operis, de libri diuisione, q̃ incipiat in presenti tertius liber. Est ergo huius textus sententia, fere prohemialis ad plura que hoc libro tradentur, q̃ scilicet eadem dies. eademq; iudicatio fit morituris & salãudis. Cum in plurimis morborũ crisis accidat, vt omnibus noctum est, de febribus explicuit, quia frequentius desinunt per crisim. omnis modusq; crisis inuenitur in eis. q̃d Gal. quodammodo in 2. de crisi. Febris enim est molestus morbus nature, qui temporibus suis procedens, ac ex nature conuersiua actione solet terminari, aliquando subito, quãdoq; post primum insultum, in aliquibus feliciter, in aliis sinistre, siue vacuatione, aut abscessu sit talis finis. Notandũ deinde secundum sententiam Gal. in presenti cõt. q̃ istud verbum. (in eisdem numeris dierũ in quibus, (posse referri ad dies & ad iudicationes, sed verius accõmodãdum venit ipsis iudicationibus. quia dies non saluat, aut condemnat, nisi ꝑ qualitatem iudicationis, que in tali die accidit, & si negandum non sit, pluri-

mum a conditione diei, iudicationis qualitatem pendere. Duo ergo post tam amplū processum Gal. oportet in presenti declarare. alterū est de iudicatione, diebusq; decretoriis, alterū est de causa & veritate litere. de ptimo dicimus conformiter ad Gal. 3. de crisi non longe a principio, crisis nomen grece sonare iudiciū seu iudicationem. qđ nomen primo contribuit aliquis (huic negocio) cum videret infirmū aliquē in conflicto esse, ex quo protulit eum hominem in iudicio, sic Gal. in presenti cōt. a foro sumptum est, puta sententia que sepatat litigantes. quod insecutus est Aui. in principio fen. 2. quar. cū ait. crisis intentio est separatio in locutionibus. inde quoq; illud cōmune apud latinos scriptores. vt quatuor occurrāt in morbo. ꝓportione ad forum litigantiū. autor, reus, iudex, & testes. qui iudex ex vigore testium iusta allegata & probata pronuntiat sententiā, quam quisq; litigantium veret & timet. Separantur tamē ipsa pronuntiata. medicus vicē gerit iudicis, testes sunt omnia ea signa que in morbi processu notat in infirmis & videt. autor & reus, morbus & natura sunt. & sicut in ciuilibus, sententia aliquando est interlocutoria, aliquando finalis. ita crisis aliquando incohata, aliquādo finalis. que tanta dicta sint de hoc nomine crisis seu iudicatio. Re autem ipsa est vehemēs & subitus motus, quo quis ad salutem aut mortem vehitur. potissimum ea que crisis dicitur. & licet nomen crisis frequentius in bonam partē sumantur, vt. 2. apho. nisi morbus sit pestilencialis, hic vt ad mortē vitamq; ducit, diffinita est, quādoquidē eis que supersunt, & abolentur, eandem adaptauit in textu isto iudicationē. que iudicatio ex tribus integratur partibus. scilicet turbatione seu commoctione cum euacuatione. & demum alteratione. concoctionis pars est magis lenta vt forsam ipsa omissa. sit ptima pars cōmoctio seu turbatio, vbi sunt accidentia terroris. de quo intelligitur illud Gal. vt in statu virtus animalis laborat, in. 2. apho. 2. est euacuatio; & tertia est alteratio. de quibus, hec postrema est momētanea magis, ac de ipsa proprius crisis nomē verificatur. quas tres partes tetigit Gal. dicto libro. 3. de crisi versus finem. 8. cap. olim. nomen tamen alterationis fusius consideratum, ipsos tres motus ambit eodē libro. & coctio ipsa est extra ipsam crisim proprie sumptam eodem libro non lōge a principio. & si ad verā crisim ac felicem ipsa coctio presupponatur, vt ex serie Gal. appatet. scilicet, mea quidem non est nisi vt enarrem dispositionē meliorē alteratiōis aduenientē subito que nō fit, nisi preeunte coctione. vbi ergo non est cōmoctio ac turbatio non est vere nomen crisis, vt ex. 2. de crisi sumitur. in serie que sic habet. & cōuenit tibi vt scias ꝙ egritudinis terminatio furiosa cum qua est labor magnus. est illa quā proprie nominari crisim dixi. vnde licet crisis sit morbi consumptio, non omnis talis est crisis vti de ephimere & ethice termino, transsumptiue enim talium finis, iudicatio dicitur. Dixit enim primo de diebus decretoriis. ponamus

ergo vult perturbationem, que fit ante consumptionē egrotationis, perfectam iudicationem dici sermone absoluto. ecce qualiter cōmoctioni nomen crisis adscribitur, que tamen cōmoctio nec ethice aut ephimere cōuenire potest. vnde nec in morituris terminus qui est absq; turbatione, iudicatio dici potest. ex quo. 3. de crisi ait, q nonfit crisis & si ad malum fit, nisi cum natura nititur expellere morbum: sine quo conactu, consumptio & non crisis appellabitur. Habes ergo quid crisis sit, & quas habeat partes, & cui nomen crisis verius congruat. De diebus vero quibus talis iudicatio accidit, dicimus eos proprie esse decretorios dies, in quibus ꝓ maiori parte iudicatio euenit, ab ea enim decretorii dicuntur. & non solum frequentia verum certitudo predicte iudicationis, est, que talem cōstituit diem. Hec autem certitudo iudicationis penes hos dies sentitur bifariam a Gal. vnomodo vt non solum in presentia eius, verum antequam fit, cognitione firma & inuariabili certificetur, & id, est ex parte cognitionis medici stabile, & si aliunde varietur, alio modo, q iudicatio in se certa sit, scilicet tutans a recidiuatione quod pro altera de conditionibus laudabilis crisis ponitur primo de diebus decretoriis. quo secundo modo dicimus, crisim esse certam simul q frequentem, facere ad integritatē diei decretorii. Est igitur videndum ob ea que a nobis dicta sunt, an omnes dies sint tali nomine digni, q si nō cuncti, que sit causa tante varietatis. q autem indifferēter oēs sint, videtur expressa mens ipsius Gal. in. 1. de diebus decretoriis non longe a principio in verbo. dico ego q crisis fit in omnibus diebus egritudinis. Item quilibet de celebratissimis diebus potest esse nō decretorius eodem libro, ergo vice versa, quiuis aliorū dierū potest esse decretorius. oppositū, quia crisis non fit nisi in statu morbi aut prope ipsum. 3. de crisi. sed status & si amplissimus sit, non potest apprehendere omnes dies, igitur. respōdeo, q iudicatio generaliter sumpta, vt dicit egrotationis cōsumptionem omni die accidere potest. primo de diebus decretoris. & sic omnis dies decretorius dicet. sed crisis circunstantiis dictis stipata nō accidit in omnibus sed quibusdam. quod antiquorum testimonio introductum fuit, & per nos confirmatum a it Gal. vti dies. vii. de qua ipse eodem libro, ego enarrare non possum numerum infirmorum, qui iudicationem habuerūt. in. vii. die. & licet socii pironis absolute decretorios dies negare ꝓposuerint, propter priscorum discrepantiā erga eos, minus bene dixere. diuersitas enim opinantium circa aliquod quesitum, modo in aliqnibus conueniant, non reddit scibile impossibilis cognitionis, & si difficilis. 1. cōt. apho. Sic in hac materia, inuenire est patres nostros, cōuenire in pluribus, puta erga solennes dies, & si dissentiant in minus solemnibus, propter non esse preditos conditionibus iam narratis. de quo fuit ipsis placitum, horum dierum scilicet, quatuor species narrare. radicales, incidentes, indicātes, & improprios

seu rarissimi euentus. radicales,tales dicuntur a proprietate & natura talis effectus,q certa & frequens sit crisis in eis. & si quipiam ipsorum digniores sint, & indicantium officio aliquando fungantur. sicut indicantes, ab effectu indicationis crisis, in die sequenti radicali, tales dicuntur, quos etiam contingit,radicitus aliquando iudicare ipsum morbum. incidentes vero sunt immediati radicalibus, non situ sed virtute. atq; virtute radicalium,aut indicantium sepe iudicatio fit in eis. q si impares fuerint, habetur q sint fortiores. quorum dierum sic numeratorũ per turmas suas. autores nostri quatuor causas assignauere, preter occultas quas dum viuimus, ignoramus. Prima est corporum supra celestium influxus & virtus. Secunda est virtus que corpora nostra dispensat. Tertia dispositio morbi & ipsius materie, vltima casus seu fortuna aut aliquis error. sed ad radicales,indicantesq; vtraq; virtus concurrit scilicet corporum superiorũ & nostri corporis. ad incidentes principaliter motus materie morbi. ad vaguos autem a,liquis error aut casus. nec intelligas me sentisse,naturam egritudinis ad radicales non occurrere. Aliud enim est dicere dispositionem morbi exigi,& aliud impetum humoris concurrere. & sicut in effectibus naturalibus,puta in generatione hominis,cõcurrit sol tanquã agens vniuersale,& pater vt particulare.ac principium passiuum. quod si complecte patiatur disponaturq; ab vtroq; agente effectus euadit certus,si vero passiuum dominetur,succedit monstrum qnandoq;.sic in hoc proposito.agens cõmune est sol & eius vicarius luna,que ppinquior & velocioris motus magis immutat huius globi humiditates, quibus clare dominatur. vt est videre in fluxu & refluxu maris. in oleribus in conchiliis & aliis id genus. ad quam actionem nec exigitur contactus, nec cõmunicabilitas in materia. nec ad occultam influentiã,aeris immutatio. & si tãti sper faciat. Vidẽdum.2.pri. in verbo & aer clarus & discopertus est eam magis recipiens.sic & ad certitudinem bonitatemq; crisis. si tempora naturaliter se reddant, non parum facit. 3. par. apho. & sicut agens vniuersale sepe frustraẽ, ex in dispositione materie,ac defectu agentis particularis. sic & iudicatio & si benignum habeat a super celestibus fauorem, accidit ex errore infirmi, medici aut natu re defectu frustrari tali fine. Ex illis enim duobus,male egritudines fiunt pessime, & salubres periculose. Dixit ipse Gal. 1. de diebus decretoriis. dies vero incidentes & si fundamentum contrahant ex impetu humoris, quia crisis sepe accidit in hora maioris conflictus, natura semper calcaribus egente,inspirat tamen eis fauor a causa radicalium dierum, & indicantium,ex quo plures ipsorum,impares potissimum,feliciter iudicant morbum. quibus omnibus sic prelibatis, tempus iam est accedere ad causam sententie autoris. est igitur in exemplo, ac si eodem nuncio duo vocarentur magnate, ab ipso rege, & eadem die, ambobus igitur accitis a rege, &

coloquen

coloquētibus ipsi.vnus in maiorē dignitatē promoueretur,alter in carcerē reconderetur.Si ergo bellū illud,quod inter naturā,& morbū vertitur,vtri usq; casus est capax.Et iudicatio est quidem, vni9 aut alterius preconium victorie,dies autē decretorius,est hora preconii. vt visum est in Hamā, & mordacheo.In duobusq; Pharaōis ministris in somno Ioseph.Iure optimo dixit Hipp.vt in febribus,multisq; egrotationibus,eisdē diebus numero & specie & eadem iudicatione specie,abolentur quipiā,& alii saluantur.qd̄ totum anticipauit Hip.ipse,pro fundamēto dierum decretoriū,de quibus statim.Si ergo frequentaris ipsos infirmos,eadem.7.die & sudore, vnus rapitur,alter euadit incolūmis,Ex quib9 omnibus colligas, dies decretorios non esse radices salutis,aut mortis.sed virtus & morbus.Sunt tamen notē qdā.Iusta sui diuersitates,approbātes tale certamē magis ex parte nature, aut morbi,prout celestiū influxus,in tali circulo vni aut alteri magis inclinatur.Nunquā tamē erit sic benignus influxus nature,q; ex aliis causis nō possit frustari,nec ita iniquus,vt potentia virtutis nō posponātur omnia talia.quare.&c.

¶Simplicissime enim febres ac signis firmate securissimis: quarto die aut citius desinunt. Deterrime vero ac signis affligentes difficilimis: quarto die:aut citius interimunt.

Simplices dicuntur homines:& item malefici in quadam simulatione: queādmodum symmia callias.Porro dicuntur etiam ii qui sint bonis prediti moribus.Sed enim primi frequens vsus apud auctores. Secūdi vero rarior est.Itaq; dicunt interdum:& ita non solum simplicem:sed etiam simplicitatem de affectione benefica.Dinardius igitur in Daonem ita dixit. Gubernās rem suam Cephaliō adulescentior & natura probus erat ac simplex.Demosthenes aduersus. Eschinū cum iudicibus disputās ait. Nunc vero ob vestrā simplicitatē & indulgentiā penas dat: & hec quotiens libet. Plato libro de repu.3.Igitur rectus sermo-cōuenientia-honestas-cōcinitas: ac simplicitas comitatur:non inscitiā intelligēs vocatā simplicitatē: sed rectum ac bonis moribus paratū intellectū.Itidem in Euthydemo simplicē dixit eū qui simplices habeat mores & honestos:& vt dimitatus est hic est adulescens-ac simplex.Sed hec abunde sint exempli gratia prodita ad cognoscendā auctorū consuetudinem in verbo simplicitatis ac simplicis:secūdum duas significationes. Nunc Hippoc.in altera earū febres dixit simplicissimas-tanq̄ dixerit placidissimas ac mitissimas: haud quaq̄ maleficas:& quotiens securitatis inditia extiterunt:vltra primiū quaternariū nequaquam procedet:sed aut quarto die:aut citius desinet.Parimodo malefi cie quoq; febres & cum indiciis exitiosis:quarto die- aut citius interimūt. Itaq; constat:vt tertium diem adnumeret decretoriis. Dum ait:quarto die aut citius desinunt.Itidem libro de vulgariis morbis primo voluit: primū

inter dies decretorios scribens tertium. At vero securissima dicit inditia ea que particulatim ab eo magnopere commendantur, quorum nominatim paulopost habet gracia exempli mentionem. GLOSA.
Prosequitur author, intentum, puta eisdē diebus superesse saluādos, aboleri &c alios. scilicet in. 4. quar. die ab initio morbi aut pri⁹. ad quod presupponitur febrem talis conditionis esse, vt mitissime sit. aut deterrimā. propter qd notandū est ꝙ licet hec particula (simplicissima) febri iniuncta dicat alterius febris sibi coniuncte priuationē, aut esse vnius simplicis intentionis curatiue, in presentia rum nulla illarum acceptionū sumitur, nisi pro benigna & mitti cōditione febris. in essentia sua ac in vicinitate tam leniū simpthomatum vt nō terre fiat medicus, nec torqueatur infirmus. Sed oīa grata suauiaꝗ sint vtriꝗ. ꝙ aūt hoc verbum simplicissime accipi possit in bonā partem, autoritate plurium antiquorum confirmauit Gal. qualis est simplicitas dicta apud theologos columbina. sed in malam partem frequentius sumit, vti in eis qui simplices se simulant ad predandum. hi sunt, qui in forma ouiū accedunt, intus autē quid sunt? simplices autē corde vocat euangeliū beatos q̄ absꝗ noxa & macula es feruore sunt pleni. destruat Deus hipocritas. Oportet ergo ad bonitatē expositionis declarare quarti diei naturā & vnde iudicare habeat & si ante ipsum, alius dies creticus dicatur, & si frequens sit in iudicatione morborū. Antiqui enim non parū fuere soliciti, de celebritate dierū decretorium, assignando eorū differentiam & gradus. nam habet quid latentis ita ꝙ bone crisis cōditio & sinistra die insicitur, & illaudabilis crisis ex bona fortuna diei melius se habet. Sit ergo prima diuisio talium dierū, ꝙ quidam sunt pares, quidā impares. quos Gal. in terapenthi. ad glauco. antiqua. disti. 5. cap. 1. vocat perison, pares vero artios. que generalis est distributio, modo ambiat oēm diē creticū, siue radicalis aut alterius nominis sit. Quartus ergo dies de numero parium est. habetꝗ duplicem naturā scilicet indicationis ad. 7. & .6. iusta conditionem morbi & eorū que visunt in egris. primo dierū decretorium. habetꝗ propriam naturā, vt eo soluant etiā morbi, & inde dictus decretorius. eodē libro parū antea. sed cū ad conditionem talis diei cretici requirat vt supra dictum est iudicationis in eo frequētia, nec minus bonitas, & certitudo. quod vltimum videt disconuenire paribus. ex dicto Hip. que in diebus paribus iudicant discrita sunt & amica cōuersionis. primū etiā non cōgruit. 4. diei. 3. de crisi autoritate archigenis vt supra. cū ipse bis in vita sua, Gal. semel tātum in eo crisim viderit. Sed cū in presentiarū Hip. ipsum introduxit pro primo dierū talis iuditii & nihil ipsorū que ꝑtulit, inuanū ꝑtulerit vt sepe Gal. de eo. sermonesꝗ medice artis qui sunt cōclusiones, sat est si nō sint cōmunissimi, nō sint rarissimi euentus. cū etiā eo loco citato ad glauconem pro vtili frequentiꝗ, ad iudicationē celebretur, opus est vt hanc sopiamus

contro

econtrouerſiā,eo modo quo nobis ſit poſſibile. Dicimus ergo ꝙ dierū paríū,quartus eſt ſatis cōmendatus.exceditq; ſatis.xii.x vi.&.x viii. vt his nun quā criſis viſa ſit,aut dubia incertaq;.quarto vero die ſic, ſed rarius ꝙ in. 3. &.5. Nec obſtat,id qđ ex Gal. 3.de criſi citaṫ. adeo ꝙ videṫ archigenes bis tantū in toto vite ſue tpe obſeruaſſe,ego vero vſq; ad hāc horā ſemel ſolū: de qua autoritate ſupra cōtendimus cōtra aliquos. q gloſabāt morbos mo ctos ꝑ ipares,non fuiſſe iudicatos in.4.niſi bis apud archigenē,ſemel apud Gal.'ego aūt inuebā illū rarū euentū criſis in.4. cōtribuendū raro euētui fe briū ſinochotū,puta earū, ꝙ nullū incremētū habent fulcitus eo textu Gal. parū poſt.ſ.ſinochi quidē raro eueniūt.Et qualiter vulgus ſinochā vocet.fe brē ex ſuccis augtis in quāto, ꝓhibita cutis inſpiratiōe. ſed apud Gal. ſino chus.& qualiter cōtinuas & ſinochas appellet, que incrementū ꝓportionis habēt.& qualiter cōtinua ſequaṫ motū humoris, a quo fit inſeparabiliter. & ſi febris ex ſanguine putrido, cū ex ſnia Gal.ſequaṫ naturā humoris, ad quē conuertiṫ, ponaṫ diſtincta a cōtinua,quā vulgo ꝓportionalē dicimus. & ſi que ex ſanguine putrido fit,nō eſt talis, ſed vt talis. & ideo tale nomen mereaṫ. pelagus eſt,qui a me modo trāſfretari nō valet. ſolū volo reuerte re ad propoſitū noſtrū.& dicere,ꝙ quartus dies poteſt plures morbos iudi care,& ꝙ ita ſit,patet ex ſnia Gal. 3. de criſi. vbi ſupra pertractās hāc iſtius textus ſniam.& ꝙ ex autoritate.ꝑmo citata,oppoſitū nō intelligam⁹,nec tale iugū imponamus Gal. vt nuſquā,viſerit criſim niſi ſemel in. 4. Ibi enī nō fit mētio de.4.ſed ſolū archigenē,nec ipſum,vid iſſe in die tpis febris cri ſim ipſam.quia pugnat eſſe vehementē motū,& febrē eſſe ſub tpe.& ita fe briū paroxiſmantiū per pares,ſemel vidit in impari criſim, aut vice verſa, niſi ſit in virtute diei afflictiōis. vti de quatro,in virtute paroxiſmi quinte diei,ibi explicat.in verbo.(nā ſi quādoq; etiā quarto.) dies ergo q̄rtus iudi care poteſt morbos.aut citi⁹, cōſiderato motu morbi, vt velox ſit.aut.5.die ſi tardioris ſit motus. exiſtēte febre cōtinua, ſecus ſinocho que ad.4. puta ad diē creticum parē,cū antea, aut poſt,motu humoris impari,nō ſolicitaṫ natura.& quia ſinochi quidē raro eueniūt.inde forſam in.3. frequētius fit. nam cum morbus qui adeo citā criſim determinat, eſt peracutus. in oībus aūt peracutis morbis, neceſſariū eſt acceſſiones vel ſinochas eſſe, vel cōti nuas,que ꝑ tertiū exacerbanṫ hec Gal.3. de criſi loco allegato.ꝙ hoc loco di ximus,ſuperiorib⁹ addēda ſint vt ipſorū diffinitio. Qualiter aūt hec dies indicet. 7. ꝑ eſſentiā.& ſextā diē peraccidēs,& qualiter aliqui incidentiū.ſ. 6.&.9. ſint quoq; indicātes, videndū eſt.2.apho.in textu ſeptime.4.eſt indi catiua. Pro.2.ergo, vnde iudicare habet.4.dies. notandū eſt ſupra excitaſſe radicē ſuperiorē dierū decretoriū & precipue ꝓ morbis acutis vt.2.quar.& 3.dierū decretoriū eſt videre.ipſam lunā eſſe pagrantē ſigna ipſi⁹ zodiaci. & ſi de mēſe medicinali nulla via forſam ſatiſfacit. nā qui dies cōbuſtionis

auferũt, ne ſcio qualiter cõputant ſeptimanas ipſis infirmis. nã vere illi dies poſſunt eſſe vni infirmorũ tertiꝰ vel quartus. ſui ꝓceſſus & alii. 5. & 6. ꝙ ſi numerant̃ etiã non erit talis menſis adeo paucorũ dierũ. vnde nec Gal. in hoc ſatiſfacit, nec iuſte cõciliator in oibus eũ taxat diff. quã fecit de hoc. qḋ qualitercunq; cõtingat de tanta autorũ varietate, hoc ellicimus qḋ negare non poſſumus, niſi mens leua fuiſſet. ꝙ quipiam dies ſint magis decretorii aliis. cum aũt hoc eſſe, eſt impoſſibile a caſu eſſe, neceſſum eſt aliquã habere cauſam. ꝙ cũ videamus hũc infernũ globũ a ſuperioribus regi, vt plura ſunt inditia. conſentaneũ eſt, talis effectus cõis aliquã cauſam cõmunem. ponere. ſcilicet celeſtẽ. inter quas luna cũ affinior nobis, mobilior tãtumq; variãs iſtius mũdi humiditates (vt ſupra tetigimus) magis aſſeuerãda venit. Ipſa ergo lumine ſuo, ac vi occulta quã ex his ſignis ꝑ que trãſit, adipiſcitur, noſ alterat. que vt melius intelligant̃, diuiſere medici lunarẽ mẽſem in. 4. ſeptimanas. quarũ prima terminat̃ ad. 7. diẽ cuius medietas eſt. 4. dies. oportet deinde notare, ꝙ cũ quouis egrotantiũ incipiẽtiũ incipit ſuus mẽſis lunaris & medicinalis illius infirmi. & quia luna ipſa, morbo incipiente verbi cauſa petro & oibus incurrentibus morbũ in illa die, eſt per virtutem cõmuuẽ in aliquo ſigno nõ propitio, infirmo, immo nature infeſto, modo victa ſit eo die, & morbꝰ manifeſtatus. (& ſi per occultã virtutẽ aut ſpecialẽ aſpectũ ad natiuitatẽ ipſius infirmi poſſet eſſe cõtraria fortuna, aut vtraq; ſiniſtra.) inde ergo autores noſtri cõputauere vſq; ad diẽ, quo luna diametraliter ſit oppoſita principio morbi, quatuor aſpectꝰ ad morbi principiũ: aut ad ſeipſam, reſpectu ſigni quo inchoauit morbus. & ſicut in mũdo iſto aerem ipſum & tẽporis conditionẽ videmus manifeſte alterari, ipſa luna peragrante quadras & dimidiũ quadrarũ cum ſcilicet ad illud tẽpus peruenitur. ſic & morbꝰ ſuccipit variatiões notabiles in punctis quadrarũ ſui menſis. Talis ergo variatio inuẽta eſt ſecundũ. 4. modos manifeſtior, puta ſecũdum diſtantiã dorum ſignorũ & vocat̃ aſpectus ſextilis qui motus cõpletur. fere in quatuor diebꝰ & ſi in hoc in aliquibꝰ horis ſit variatio, prout luna mouet̃ velociter aut pigre, ac ſecũdum alias cõſiderationes videndas apud aſtrologos. dicitur autẽ ſextilis aſpectus quia eſt ſecũdum diſtãtiam ſexte partis zodiaci. quo circulo cum. xii. ſint ſigna ſexta pars eſt duo ſigna. Inde ergo eſt fundamentũ ad diem. 4. de quo textus. quo morbi iudicari poſſunt, iam natura ipſa quodammodo inualeſcẽte in morbũ ex illo benigno aſpectu. ꝙ luna aliquã oppoſitionẽ habet ad initiũ morbi. deinde ſuccedente luna ad quartã partem zodiaci, puta ad tertiũ ſignũ. eſt ibi maior oppoſitio, ad principiũ morbi ĩ aſpectu, & manifeſtis qualitatibꝰ ſignorũ. & datur fundamentũ ad diem. vii. inter omnes preſtãtiſſimũ. ſic dies. xi. in aſpectu triplo ſic. xiiii. in aſpectu oppoſitionis. in omnibus enim eſt nouus aſpectus & fauor nature collatione ad tẽpus quo proſtata fuit ſuccumbens

morbo & ab ipso superata, scilicet ad morbi initiũ. non est nobis istius mu rationis per quadras exiguũ argumentũ, mutatiões temporũ anni in quadris quatuor ipsius solis, vnde quatuor tẽpora anni sic varia succedũt. Sed vnde ii planete in quadris sunt cõsecuti hũc vigorẽ potius quã in aliis punctis, deus nouit qui ipsos creauit & omibus eis nomina vocat. inde quipiã credunt aspectum sextilem & aspectum trinũ esse amicitie & ideo in talibus diebus non fit laudabiliter crisis. nam Aui.2. quar. in propria materia solũ de oppositione & dimidio oppositiõis mentionẽ fecit, scilicet de aspectu quadruplo & oppositionis. sed cũ non solum luna in tali mense habeat illas duas quadras immo quatuor cõplectas, vnde vigor cõtra morbum in tertia & quarta quadra: Respõdendum est semper vsq3 ad punctum coniunctionis siue peruentus ad idẽ signum, quo erat, cũ morb9 inchoauit, est aliqua oppositio. & si clarior & occultior. quipiam voluere, octo variationes recipi in luna in accessu & recessu ipsius ad ipsum solem, permotum vtriusq3 in circulo zodiaci. quatuor inquã in ascensu versus oriens & toridem in descensu. & in his cõpletur totus mensis. ex quo quartus dies. vii. & xi. & xiiii. xvii. xx. xxiiii. & xxvii. redduntur cretici & beneuoli de se ipsi nature, & si quipiam clarius & absq3 incertitudine faueant nature, quidam occultius. que omnia vt humana ratio valet, intelligantur. nam ipse creator omnium istius negocii veritatem solus cognouit. Verumtamen notandum eum celestem fauorẽ in naturam ipsam, non semper esse in bonum, immo sepius causam esse maioris ruine. quia concitatur virtus illo exiguo adminiculo, & accinta ad bellum, impetu morbi superata, citius labitur. Ob quod nec mirũ q3 aliquot infirmi succumbat, quibus incohauit crisis in die decretorio. inditium nobis est. milites pauci. qui intra castellum se poterant per dies ab hostili impetu defendere. Falsi autem & decepti superbioresq3 redditi aliquo adueniente auxilio, cauas transiere vnde bello incohato in breui perierũt. facti sunt in adiutorium filiis lot sed cuncti periere. Habet ergo non esse alienum a ratione, primo quart. die aut tertio, in ipsius vigore & si aliquo irritamento materia anticipante, morbum posse ad vnum aut aliud latus iudicari. Sed extat consideratione dignum. qualiter morbum terminatũ in.4.quar. die aut prius' qd per peracutorũ terminus solet appellari cõpatiaris appellari simplicissimã & mitrissimam febrẽ, cum ratio nõ solum p peracutorũ sed acutorũ consistat in timore, & simpthomatũ turbulẽtia. Nota igit̃ q3 snia nostri textus plane ponit̃ a Gal.1. de diebus decretoriis. in snia que sic habet. quãdo videris infirmũ in die.1. cuius febris acuta sit, & non sit in eo ex signis timoris aliquid, & videris in vrina ipsius signa coctionis, non pertrãsibit egrotatio ipsius diem quartũ, donec dissoluat̃ morb9. ac oppositũ dicit, de signis pereuntiũ eodẽ termino. Nõ oportet ergo p simplices febres sic mites intelligere q3 acuro:

dici

dici non mereantur. que oīa vt intelligas, similiter de deterrimis, nota que sequuntur oīa ex Gal. 3. de crisi. Primū est q̄d nondū dixi & desiderabat si omnis talis egrotatio que ibi finiebat necessario erat cū crisi, nomen crisis specialius considerando. et nō pro quacunq; morbi terminatione. ex Gal. enim crisis siue ad bonū aut ad malū non erit, nisi tribus cōcurrentibus cōditionib⁹. prima est q̄ nō sit debilitas magna in virtute secūda, q̄ nō sit impetus morbi terribilis. & si ad bonū aliq̄d sit coctionis fundamentū. ratio isti⁹ est ex eodē Gal. quia si nō est resistētia virtutis ad morbū, nō pōt iniri certamen. iter vtrūq;. immo virtus incarcerata sub impetu morbi finitur absq; duelo. nobis inditium est quedam auicule quas in presentia aliarum quas timēt, nec fugere aut se defēdere videm⁹, immo se quasi mortuas fingere sed quale certamē est ex opposito inter accipitres, & ipsam ardeam vtroq; accinto ad bellū. inde tpe rabide pestis solent homines interire, absq; manifesta mutatione a tpe sanitatis. perterrita enim natura nō audet conferre manus cū morbo. & est modus alias p̄ conciliatorē declaratus, ad verbum Aui. vrina bona & pulsus &c. Pro alio vero puncto, qualiter cū ea simplicitate febris poterit esse acutus motus, presupponit illa Gal. doctrina eodē 3. lib. de crisi q̄ sat. distat loqui, de specie egritudinis, de magnitudine ipsi⁹, de modo ipsius, ac de ipsius motu, species est tertiana aut pleuretis. motus autē, si horas. s. particulares o ēs aut plures velociter pertrāseat, magnitudo autē ex quātitate simpthomatū, sed modus, ex accidētib⁹ superueniētibus his. scilicet sincopi, angustia, frigiditudine extremorū, intolerabili siti, his enim male morigeratū esse morbū, ostendit. & cōstat sat differre morbum esse magnū, & male morigeratū, quia aliquot febres debiles, & valde parue, valde maligne sunt. dixit ibi singulariter Gal. quales in exēplo sunt pestilentiales, que interius cōturbantes vix exterius percipiunt. Bene ergo febres magne quo ad caloris magnitudinē vt sanguinea, vt colerica, possunt esse velocis motus, & leues super naturā. vti de colera Aui. 1. quar. dixit. & tales sunt absq; terribilibus simpthomatibus. & huius textus snie cōformes. que in. 4. die aut antea terminabunt. q̄d ipsemet Gal. eodē tertio, depinxit. seriē nostri textus. adiiciēdo. incipit. sicut Hip. in p̄gnosticis hisce verbis ostēdit. Mitrissime. n. febres & quecūq; securis signis sunt. 4. die finiunt vel prius. & reliqua. Si aūt cū crisi, aut absq; ea, hoc ex magnitudine febris, motu ipsius. tenore virtutis. signis coctionis pēdet. vt ipse singulariter ibi. Nunc igit fiat talis collectio, si in. 1. quar. die aut prius cōringit euadere, aut aboleri, tum ex simplicissimis febribus, tū ex deterrimis, infebrib⁹. in eisdē dieb⁹ est iudicatio perituris & saluādis. q̄d p̄posuit in textu 1. isti⁹ tertii. sed sic est p̄ sniam huius textus, nō poterit eīn pōdus terribilis morbi diu tolerare natura, qui in succūbat, aut morbū nō destrui, si simplicis sim⁹ sit. q̄ aūt in. 4. aut prius. natura materie non est parua occasio. q̄re &c.

Itaq;

¶ Itaq; prius impetus hunc in modum finitur. GAL.

Sepenumero offendes ab auctoribus proditũ impetum hostiũ, aut latronum, ex quo nũc Hip. transtulit appellationẽ ad circuitionem decretorium dictum. Ceterũ que sunt deinceps scripta, per se patent potissimum; quibus in animo herent ea que pauloante docuimus. GLOSA.

Incipiens Hip. ab ista particula (itaq;) dat intelligere verba istius textus, colligere sniam prioris text⁹. quo, febres illas simplicissimas & deterrimas 1. quar. aut prius finiti, dixit. locutus est aũt per verbũ impetus. quia tam abbreuiatus & immediatus terminus non posset aduenire, nisi agens, siue natura nostri corporis sit in saluãdis, siue morb⁹, in pereturis, impetu quodam cõcitaret super passum. sed cũ litera hic noua q̃ insequimur, sic succincta sit. ex verbo Gal. in cõt. ceterũ que deinceps sunt scripta p se patent. dante oino nobis materiã asseuerãdi ipsam nouã literã esse truncatã & cai[illegible]gandam esse p eam antiquã. potissimũ si vim facimus in verbo Hip. itaq; primus impet⁹ in hũc modũ finit̃ ergo sentit scd̃m impetũ esse in secũdo quaternario. ob qd̃ antiquã literã adiecimus. q̃ sic habet, primus periodus hoc numero cõtinet̃. 2. in. 7, 3. in. 11, 4. in. 14, 5. in. 17, 6. in. 20. qui numerus per quaternariũ augmẽtando in acuta egritudine, vsq; in. 20. decurrit. hec antiqua lr̃a. Cui toti litere fauet Gal. in cõt. sequẽti cũ ait. cum. 3. in diẽ. 20. septenarios adiũgit &c. Iusta ergo antique litere explanationẽ, ac suplemẽtũ istius noue, sic truncate. aliquot puncta p ordinẽ que remus. primus, si sit possibilis impetus morbi vt finiat̃ ante. 4. diẽ. secũdus de collatione Hip. dierũ decretoriũ ad inuicẽ. vltim⁹ de virtute q̃ternarii, ad. 20. vsq;. De primo videret alicui, esse impossibile. 1. die aut. 2. desinere morbũ, q a nõ esse psupponit esse, sed vix illis primis dieb⁹ habet esse, q̃liter ergo tũc finiet̃ ĩre principiũ apud medicũ nõ sumit̃ p instãti iniciatiuo. sed ad min⁹ habẽs latitudinẽ. & cõiter triũ dietũ. 1. de crisi & aph. & vsq;. 4. inclusiue. 1. prorte thi sed ĩ pricipio nõ pot esse crisis, q a absoluta a coctiõe saltim felix. coctio aũt diuidit augmẽtũ a principio eisdẽ locis. ergo saltim ĩpetus ad bonũ nõ pot esse in illis primis dieb⁹. q poni possunt principiũ morbi & nõ plus. qd̃ in. 3. de crisi tãtisper est, platũ, cũ ait, mors potest succedere trib⁹ tpibus, crisis vero dictu ad bonũ nõ nisi in statu aut parũ anteã. Oppositũ, autoritate dioclis. vt refert Gal. 1. dierũ decretoriũ. soluit Gal. ibi hoc modo, q si per crisim intelligamus gñaliter morbi solutionẽ, quouis modo soluat̃, tũc cũ videam⁹ certissimas ephimeras eadẽ die sui orius solui, vnde diarie dicte. indeante tertiũ scilicet. 1. & 2. die. ac aliis multis qui extracti sunt a numero dierũ decretoriũ. si vero intelligas finiri cũ impetu & perturbatiõe antecedẽte crisim, tũc priores ad. 3. & 4. nõ sunt decretorii. q a si impetus est adhuc vehemẽtior interimet sine pugna. si null⁹ est impet⁹ etiã absoluit̃ absq; ea. Ergo debet esse suo mõ impetus aut ex natura aut ex morbo q̃ agitationẽ

fit illa

fit illa turbatio, que precedit iudicationem quod sane erit in primo quaternario, aut parum antea. Pro secundo notandum est, quod licet a prima die vsque ad vigesimam sint plures dies pares & impares radicales & incidentes, de quorũ ordine sat Gal. 1. dicto libro de diebus decretoriis. in presentiarum non fuit Hip. intentio. nisi virtutem quaternarii introducere, cuius duplicatione concipit vsque ad vigesimum diem dies creticos principales, totũ tamen in virtute quaternarii, & sic ipse quartus. & .vii. xi. & .xiiii. ac .xvii. & xx. inter quos & si quartus, primus sit ordine. non tamen vigore. nec id alteri diei a .vii. est contribuendum. primo dierum decretorium. nec arabum plures insequẽdi sunt, qui .xiiii. diem prestantiorẽ posuerunt. vii. ob maiorem & cõplectã oppõnem ad initiũ morbi, vltra .vii. diẽ, plura habet. septima dies, ex parte motus humoris & quod vtraque qualitate pugnent signa, quo morbus incohauit, & tũc preexistit, que plus ponderant imbeando crisim ipsius septimi diei. post quẽ septimũ est .14. post vigesimus. deinde quartus. deinde vndecimus. & tandẽ decimus septimus. Iusta dogma Gal. dicto libro Ergo hi sex dies. aut. 4. dies est ipsorũ singulus, aut in virtute quaternarii succedit in talibus notabilis variatio in morbis: ex nouo motu nature. Vnde septimana medicinalis ex duobus quaternariis cõpletur. Et sic tres septimane in vigesimũ diẽ finiunt. Notãdũ tñ est talẽ quaternariũ nõ sufferre cõplectã duplicationẽ, sicut nec ipse integer est: vt inferius videbitur. aliter prima septimana esset. 8. dies secũda dies. 16. & tercia in. 24. diẽ terminaret. quod nullus posuit. Et si de vigesima, aut. 21. esset discrepantia apud priscos: quis eorũ dierũ esset terminus. Estque etiã notandũ. virtutẽ quaternarii esse ad. 20. vsque, magne vis & potentie, quia licet ille nouus fauor ex tali aspectu dimidie quadre, etiã in diebus sequentibus post vigesimũ, detur nature, & inde intentet nouũ motũ contra materiã morbi, ob resistenciã & lentorẽ morbi, nõ sentitur ille nouus motus nisi occultissime. ita quod creditur ante .14. diem, esse hanc circuitionẽ vigorosiorẽ. in. 20. adhuc manifestã, postea vero exigui aut nulli valoris. Deinde. 7. vsque ad. 40. postea vero textus cõputus est per integrã hebdomadã, scilicet per vigesimũ diẽ, vt supra dictũ fuit. Ergo virtutem quarte diei explicuit Hip. in impetu primo morbi, seu salubris aut mortalis ad eundẽ, post vero ceterorũ quaternorum ad. 20. vsque, in quibus, morbi minoris impetus, finiri consueuere. quare. &c.

De circuitionibus morborum, & quo pacto non integris numeretur diebus. Caput. ii.

Fieri vero nõ potest: vt hec integris diebus eximie numerentur. Non enim annus ac menses integris numerari diebus solent.

CVM tres in diem vigesimum septenarios adduxisset, ob id ait, non possunt talia diebus integris numerari, neque enim

enim annũ, neq; menses integris numerari diebus, & vere talia dixit. Annus enim non trecentorum & .lxv. dierũ tantummodo est sed etiam quartę partis diei, & item ad hec partis cuiusdam prope quodammodo centesime. Vnusquisq; vero mensis minor est .xxx. diebus. Maior vero nouem & viginti nominatusq; est ab antiquis mensis, vt etiam nunc in multis ciuitatibus tempus inter duas lune ac solis coitiones intercidens, & cui libeat tẽpus exquisite ediscere simul cum idoneis demonstrationibus quantum sit integrum habent volumen ab Hipparco factum, quemadmodum de tempore anno commentarium nostrum. Ita etiam Hippocrates septenatiorum dicit, constatq; vt quaternarius non sit integrorum dierum, sed partem quandam deesse, tantam, vt tres septenatii .xx. circunscribnatur diebus. Sed quenam si causa horum, ipsi tentauimus docere libro de diebus decretoriis tertio, cum tamen nemo antea dicere agressus sit.

GLOSA.

Presupposito igitur ex precedentibus. quod quaternarius aut altera dies, non est causa iudicationis prout tempus est, sed luna innouãs suo motu tes vniuersi, cuius impressio in talibus diebus est euidentior. presuppositoq; etiam dies tales decretorios gracia numeri nihil agere, quia numerus species est quantitatis, cui nulla actio tribuitur. quicquid dicant Pithagorici & qui sequuntur ipsos. licet operetur numerus vt signum quodam certioris iudicii. Viso etiã qualiter luna non sit totalis causa horum effectuum, nam & nature opus, morbiq; impetus concurrit. sic quod sepe fortuna siderum, tali concursu inferiorum causarum variatur. vt Galenus ralibus impetuosis morbis omnes dies creticos esse affirmet, mitioribus vero, solum illi qui ex fortuna siderum per septimanas occurrunt. natura prius excitata ad bellum eo tali super celesti auxilio. Tres ergo septimane priores de quibus antea diximus, que viginti diebus clauduntur, licet ex tribus septemnis integrentur ac sex quaternis. Non tamen his septimanis aut ipsarum medietatibus eodem modo concurrentibus. quia primus quaternatius non separatur a secundo. bene tertius a secundo. quartus minime a tertio. nec quintus a quarto. nec sextus a quinto. Ex quo ea septimana diuisa est ab altera, quarum primus quaternatius diuisus est ab immediato. ex qno secunda diuisa est a prima, singula descripta per septem dies, quibus decimaquarta clauditur. Tertia autem est coniuncta secunde. cuius primus quaternarius non est ab immediato distinctus. Et quia non possunt fieri tales diuisiones coniunctionesq; in iis quaternatis, vt prefactis tribus septimanis viginti dies claudãtur precise. Ideo oportet esse quasdam fractiones in his numeris. ideo Hippocrates in textu nostro. Fieri enim non potest vt hec integris diebus eximie numerentur &c. Sic enim viginti dies potius ex quinque quaternaris quam sex constarent.

constaret. Quod probat, non inconuenire summi ad septimanas mensis medicinalis dies non integros, sed cum fractione, quia nec totus annus aut mensis constituitur ex integris diebus. Scis enim singulis quatuor annis esse bissextum, ex die addito ex fractionibus sex horarum singulis annis elapsis superfluentium. qui dies crescit nobis in mense februarii, quia desi ciebat magis in numero dierum. quo die quod officium celebret ecclesia & de quo clerici faciant, notum est eruditissimis clericis. sic nec mensis habet triginta dies integros, saltim qui menses per lunas distinguunt. sed minus fere dimidiũ diem. Que vt lucidiora sint, oportet notare aliqua, que Gal. 3. de diebus creticis. considerat, quorum primum est. φ sol est sicut rex in regno, a quo radicaliter omnes virtutes profluunt. luna vero sicut consul, cuius manu virtus ipsius solis his inferioribus cõmunicatur. secundum est. φ sicut sol ꝑ quadras. iiii. anni, que sunt ipsius anni septimane regit corpora nr̃a. & dissoluit morbos estiuos in hieme. & ecõtra, & quãdoq; in quadra immediata. collatione ad septimã diem. &. xiiii. sic luna morbos acutos per suas quadras dissoluit que quadre sunt septimane ipsius mensis. Tertium dictum, mutationes que in morbis apparent merito lune, principaliter manifestãtur in quadris ipsius lune quod etiam vulgus expectat, in conditione temporis varianda, aut firmanda in quadris ipsius. Quartum dictum luna habet duplicem virtutẽ immutandi hec inferiora, altera est mediãte lumine ex ipso sole cõmunicato, & secundũ istam virtutẽ constituitur mensis manifeste apparitionis. puta constitutus ex omnibus diebus quibus luna visitur & illuminatur. Altera virtus est propria. simul acquisita ex variis signis que peragrat. secundum quod constituitur mensis peragrationis ex tot diebus constitutus quibus a puncto ad punctum circuit omnia. xii. signa ipsius zodiaci. Aliud dictum, luna eo tempore quo non illuminatur a sole caret illo influxu, & vocatur tempus combustionis, aut coniunctionis apud vulgum. Aliud dictum. mensis medicinalis non potest esse, nisi alter horũ duorũ, aut mixtus ex ambobus, puta amborum medietas, patet quia non est in luna nisi illa duplex virtus qua ista inferiora mutentur. Aliud dictum, mensis hic mixtus ex vtroq;, est medicis accommodus magis. pro saluandis effectibus & experientiis dierum decretorium. patet quia, sic talis mensis ambit eam duplicem virtutem, secundum quam ipsa luna hanc massam corpoream, mutat & alterat. item quia vigesima dies, quam fere tota schola preconizat ꝑ principali cretica respectu. xxi. nullo pacto potest talis esse nec computatis tribus septimanis vnius aut alterius mensis, nisi istius mixti mensis, igitur. Ad quod enucleandum, oportet presupponere. φ mensis apparitionis continet vigintiseptem dies, & tertiam partem diei. cuius septimana est sex dies, & viginti hore, et tres septimane huius computi sunt viginti dies & dimidium

diei, sed talis non inclinatur potius vigesimo diei, quam. xxi. igitur. item mensis coiunctionis a puncto ad punctũ continet. xxix. cũ dimidio. a quibus sidemas tres dies integros, quibus luna nõ illuminat manet. xxvi. cũ dimidio. cuius septimana est. vi. dies & xv. hore. & tres septimane huius cõputi colligunt. xx. dies citra tres horas. vnde alias nec esse complectam periodum. xx. dierũ. Igitur opprtet mixtũ ex ambobus sumere mensem, qui ex dimidio totius cõtinet. xxvii. dies minus duab9 horis, septimana est. vi. dies & xvii. hore cũ dimidia, & tres septimane sunt. xx. dies cũ excessu. iiii. horarũ cum dimidia, qui excessus nõ facit ipsum diẽ ad alium sequentem transire, aut magis ei accõmodari. Primo est notandũ q vt ex magna priscorũ experientia cõpertum est. dies. xx. esse multo magis cretica quã. xxi. sed si septimane essent integre terminarẽtur ad. xxi. & non. xx. igitur. sed tu merito dicis. sufficere ad eam veritatẽ experimentalem de periodo. xx. dierum. frangere vltimam septimanã de tribus, & nihil cũ primis. potissimum cũ videamus in. vii. die. & xiiii. crisim absq discrepãtia alicuius, que tamẽ septimane sunt integre. pro quo nota, q & si illud apparens sit, nihil valet in re. quia nec annus, nec mensis medicinalis, nec septimana, nec dies adhuc integri sunt, sed cum fractione. sic Gal. citat Hippo. ad huius testimonium in hoc loco. iii. dierum decretoriũ. in verbo, nouit hoc quoq; sic Hippo. in opere prognostico. Ergo si vltima est etiam septimana, vt priores. in qua merito mutationis lune in quadra tertia est iudicatio illa die, & est habens minus, sic & priores hebdomade. ergo nulla est. vii. dierum integrorum, nec dimidium hebdomade est. iiii. dies, sed tantum minus habens a quarto die proportione, quantum. xxiiii. dies vincit. xx. diem, nam totus ille excessus est demendus a sex quaternionibus, qui claudunt diem xx. hoc est tres septimanas. & cõstat q tres dies &. viii. hore est dimidium septimane. vnde ipsa integra est. vi. dies &. xvi. hore. qd plus. vii. diei quã vi. attinet sic due clauduntur in die. xiii. &. viii. horis & tres. in die. xx. precise, si ipsa proponenda est nec plus aut minus habens. nec modo cogor dicere q mensis erit ad. xxvi. cum dimidio & sexta parte, & tunc nõ cogas me dicere cuius cõputationis est ille mẽsis medicinalis, nã nõ est necessum tam stricte de illa diuisione sentire, vt nõ possit iudicatio etiã aliquot horis attinẽtibus vltra. xx. diem fieri, dummodo magis videantur attinere ipsi quam sequenti. Nullus namq; voluit crisim ipsam maxime ambientem omnem sui partem sub puncto terminari. Ergo & si ille tres septimane, te equales sint. libuit primam & secundam narrare. separatas quia de crisi. vii. &. xiiii. non fuit diceptatio, compulsi fuere. tertiam coniungere, visa. xx. quod cretica certius esset. Que etiam proportio in quaternionibus quoq; seruatur, quia secundus est coniunctus primo vt credas primam septimanam nõ posse transire septimã diem, ita vt nullam medietatẽ esse, iiii. dies

credas.

credas. estq; tertius qui est principiũ secunde, separatus a secundo, vt sciamus ipsam separari a prima. iungitur iterũ quartus tertio, vt p fractionẽ cõstituas ex duobus quaterniis septimanã. quintus aũt est cõtinuatus cũ. 4. quia tertia septimana est coniuncta secunde. estq; sextus, quaternio adherens quinto, quia ambo sunt partes vnius hebdomade. Nihil ergo integrũ in his cõputationibus vt dicit textus. & licet hi sermones Gal. a consil. diff. 104. satis cauillentur, nec ipsius omnino sani sunt. crederem vt Gal. eodem libro sentit, hoc secretum esse vltra nostram scientiam, & solo deo glorioso apertum, aut cui ipse velit reuelare. Verum extat, q sermones Gal. videntur magis dubii. primo quia dat semper tres dies fere ipsi lune combuste, & sepe ad motum varium lune sufficit dies cum dimidio. ob quam motus celeritatem, contingit quadrã peragrare citra tempus dactum cõmuniter, per dimidiũ diem, vnde crisis erit in. xiii. & ex vario motu, quia pigriori, in. xxi. item illam licentiam constituendi mensem ex vtroq;, a nullo accepit. quia re non est nisi vnum tempus, quod deus creauit. ex motu lune aut solis nobis descriptũ in annos & menses. ergo do Gal. q illud tempus mensis, triplicis nominis capax sit. scilicet cõiunctionis a pũcto recessus & accessus ad solem. ipsius lune, tantum plus habẽs mense peragrationis, quantum sol motus fuit vlterius per signum fere totum, in ea peragratione lune per signa zodiaci. vnde ecce duplex nomen illi successui. & tertium scilicet manifeste impressionis, a tẽpore quo luna falcata apparet nobis, ex recessu a sole suscipiens illud lumen, qđ nobis prestat. Sed qualiter potuit re, esse aliquem mensem conflatum ex duobus mensibus, cũ tamen re non sit nisi vnicus mensis. & si triplex nomen habere possit iusta dicta. vnde forsam Gal. in eo passu, credo habuit sanũ intellectum, q virtute esset compositus, & non re, cum lune vtrunq; effectum proprium ex signorum natura, & cõmunem ex lumine solis his cõmunicari inferioribus, nullus neget. ex quo nec tales menses. vt sibi visum fuit, erat decens esse, sub illis diebus, quos singula illarum virtutũ vendicat, sed sub certo numero singulis negato, sed amborum participe, qui certus numerus cum ipsorum dierum decretorium quos experientia approbauit computo, magis certus euadat, inuit talem medecinalem mensem esse tot dierum quod sic, tolerabile est. si daret modum, secundum quẽ non falsificetur ille discursus per dies combustionis, quos nõ ponit partes vnius aut alicuius computi, qui tamen re, sunt dies Petro & Paulo egrotantibus. vni primus, & alteri quartus, nisi diceres, q cum luna eo tempore omni virtute sit priuata, quia lumine. & propria, quia iam fuit in eodem signo in ea circulatione iterum, non dabit eos dies illius vigoris, vt verbi causa Petro incipienti egrotare cum luna incipit comburi, vt cõmoctio que ipsi accidat in. 7. sit vt. 7. diei nec tanti vigoris. Sed qualis est quarte diei. quia si perueniens ad septimam diem,

re.ad.7.dies perueniat,secundū lune effectum, non peruenit nisi ad quartum diem. & si melius habes dicas. ergo tenendum est omnem aspectum quadre magni esse vigoris,& sic queuis bona fortuna, cū qua incepit morbus,aut mala. sine sit ex natiuitate infirmi,aut alia occasione. semper cum peruentum fuerit ad eos aspectus quadrarum,prosperari aut sinistre succedere,ob quod si infirmus in die.7.verbi causa male aut peius se habet,signum est magis cōfoueri morbum in illo aspectu,quam virtutem.que sic dicta bene tolerant, & desiderant hominis prudentis & eruditi limam, & censuram. non tamen maleuoli, quales sunt filii huius seculi. potissimum cum astrologus non sim. quare &c.

¶Postea vero eodē modo z eaipsa adiectione prima circuitio quatuoz ztriginta dierum;altera quadraginta dierū:tertia sexaginta dierū est.

GAL. Non id nunc dicit Hip.quia post diem. xx. ad. iiii. &.xxx. vsq̧ nōnullis intercidat decretorius. Sibi enim ita pugnaret, medios quosdam dies decretorios libro de morbis vulgariis cōmemorans, & que apparent in egris per morbos talem coarguunt sermonem. Sed quia trium septenariorum ad. xx. vsq̧ diem inter se deinceps numeratorum non eadem fuit compositio. Secundus enim a primo seiunctus est,proindeq̧ .xiiii.die finitur,tertius vero huic copulatus est, & ob eam rem vigesimum habet limitem,id circo sequentem septenariū pariter procedere volens vt ex duobus seiunctis, tertio vero copulato viginti impleant dies.xl.nouissimum statuit terminum sequentium trium septenariorum, in ipsis vero duobus circunscripsit.xxxiiii. & ob eam rem fecit huius autē. xl. mentionem. Pari ratione mox ab his tres septenarii in.lx.deducuntur, &. lxxx. decretorium perhibuit non. lxxxiiii. libro qui est de morbis vulgariis. Ita tres septenarii viginti dierū numerū absoluunt,id euenit ꝑpter ea quā duo primi seorsum numerantur,ita vt.xiiii.desinant die, tertius vero iunctim cum secundo,ita vt hic quoq̧ vigesimo die contineatur.

GLOSA.

Viso de sentētia authoris ad diē.xx. vsq̧, qualiter colligere habeamus periodos post vigesimū,docet.sed non in magnam distantiā differendum, solum ergo ad sexagesimum vsq̧:circa quā sententiam saltim tria puncta est iustum declarare.primū est,quare in textu non fit mentio de multis decretoriis diebus, qui cadunt inter hos vigesimos dies sic equa duplacione genitos, secundum, quare solum diem trigesimum quartum expressit de inter mediis, & non alium. Vltimum;quare non processit hec vigenorum duplicatio, vltra diem sexagesimum.pro primi expeditione oportet aduertere, ꝙ post vigesimum diem sunt duodecim dies, in quibus testimonio ipsius Gal. 1. dierum decretorium non inuenitur perturbatio nec manifestus motus nature,& sunt sequentes.scilicet vigesimus secundus,&.23.&.25.&.26.&.29.&.30.&.32.&.33.&.35.&.36.&.38.&.39. Cuius ratio potest esse quia

post diem vigesimũ cessat cõmuniter impetus morbi, & natura redditur pigra, ex quo nõ adsingitur ad crisim absq; superno fauore. & quia in talibus non inueniũtur illi aspectus priores tantę fortune, inde rato in eis visa fuit perturbatio cretica. reliqui autem inter medii nec equales sunt, in iudicando cretice ipsos morbos. nam dies. 34. & 40. potẽtissimi. alii pigriores vt. 23. Pro secũdo notandum est, vigorẽ diei quarti ad vigesimũ vsq; esse manifestum, debilitariq; vltra vigesimum, ne subito aboleatur ipsius virtus. sic q; non habeant equam vim indicandi in sequentibus septimanis, vt in prima. ex Gal. 4. aph. in textu. quibus in. 7. terminat &c. Ex quo post. 20. virtus manet i septenis. 1. & 2. dierũ decretoriũ. ex quo dies. 24. & dies. 31. qui aduocant quaternionum vim. nullius sunt momenti respectu prioris temporis. intantum q; & septena dies pigri iudicii est post vigesimum, sed totus vigor & ratio extat in integra septimana, que ex tribus constat. quia cũ transeunt. 20. dies, quibus, non fuere iudicari, sic presumitur de lentore humoris, & nature pigritia. vt simplex septimana, raro sufficiat ad certamen. ex quo, 27. raro est visa iudicate morbos. Ob quod non fecit de talibus in textu mentionem. & cum ratio computandi post. 20. diem, est per integras septimanas, ne aliquis crederet, aliter cõputari septimanam integrã post 20. quã antea, introduxit diẽ. 34. vbi due simplices septimane diuise finiuntur, & iterum claudit cum. 40. iungendo tertiam septimanam secunde, vt de. 20. die supra expressum fuit. in quo satis deficit antiqua translatio de tali die. 34. omnino cõticens. De vltimo puncto dico, autores vsq; ad dies centum & viginti fecisse mentionem primo dierum decretorium & secundo. Quod testimonio Hippo. in epidimiis approbatur. & si conciliator diffe. 104. sentiat, centesimam non pertractari vt creticam, bene. 20. post centesimam. quasi sentiat, morbis transeuntibus diem. 80. ad quos per integram septimanam fit circuitio, non sufficiat ob maiorem lentorem humoris & nature ignauiam, nisi dupla hebdomada. quicquid sit. hec erit ad eos dies consideratio q; intra primam integram septimanam plures dies iudicatiui sunt, & radicales & incidẽtes. & vt plurimum publica vacuatione. In secunda autem iam minus per vacuationem & in paucioribus diebus. & propensius ad abscessum. & forsam vnica dies non ambit totam iudicationem. sed in tertia septimana, nullus dies intercidens creticus est inuentus. secũdo libro dierum decretorium. & sic a fortiori sequentibus circuitionibus, vsq; ad diem centesimum vigesimum. vbi deinde ad menses & annos prorogatur circuitio. & iudicatio, potius solis cursum quam lune seruans. & quia doctrina ista solum cõspicit acutos, morbos aut qui ab eis cecidere non fuit opus sexagesimum transire. quod in parte Gal. 1. cõmento. 2. libri de purulentis, nam inde, chronicis ea circuitio magis congruit. quare &c.

Inter

¶ Inter initia bonorum difficilius est presentire ea que parte maxima temporis iudicanda sunt. Simillima enim eorum initia sunt: sed a primo die numerandum est: considerandumque singulis additis quaternariis: nec latebit quo nam vertetur. GAL.

Rursus hoc etiam loco verbū iudicanda, translatitiū est, tum in bonam, tum etiam in malam mutationem, ac dicit inter initia morborū qui breui iudicādi sint facillime cognosci quo nam desituri sint, quemadmodū paulo ante dicit de iis qui primo quaternario iudicādi sint etenim febris ipsa si curanda est, placidissima, si interemptura est egrum, maleficentissima est. At vero quecūque in vtraque inditia sunt, in priore quidem oīa saluberrima, in sequēti vero deterrima sunt. Ita fit vt neutra quartū transmeet diē. Constat enim vt semper fiat iudicatio vel natura superante morbum, aut victa ab eo. Itaque placidissimarum natura ēgrotationum ocyssime superat, difficillimus vero celerrime vincitur. Ita efficitur, vt maxime contrarii sint inter se morbi, qui celeriter iudicantur, subsimiles vero, qui plus temporis in solutionem requirant, vt enim per morbos breues magnus excessus, quandoque nature est, quandoque egrotationis. Ita quotiens neutrum magnopere exuperet. Sed ceu pares quidā hostes pugnent plus tēporis ad alterius victoriam desideratur. Itidē luctantes quicunque palestrices peritiores habentur, internoscunt vbi magnū viderint excessum statim, alterū peruicturū. Si vero neuter magnopere exuperet, profecto plus temporis pugnaturus pronuntiabunt, nondū cognoscentes vter eorū victurus sit. Sed processu temporis idque prius quā ceteri cognoscent, quippe qui excessum exiguum exquisitius animaduertant. Artifex enim maxime dissidet ab eo qui artis expers est, vt vel exigua rerum discrimina persentiscat. Sed quia aliqua nullo pacto sentiri queunt, vtpote in certiora talia, neque etiam artifex cognoscit. Itaque quamprimum sentiri possunt, tantisper cognoscuntur, & ob eam rem precepit Hippo. per singulos quaternarios considerari mutationem oportere. Non enim latebit quo nam vertatur, id est vtrum in sanitatē, salutemque egri expectāte natura, aut exuperata ad abolitionē, atque hec rerū summa est. Sed quo nammodo eam rem potissimū agas libro de iudicationibus a me perscripto maxime discas licebit. GLOSA.

Viso a principio huius tertii libri, eundem terminum adscribi & eis qui supersunt, & abolent. viso quoque quot & quales sint illi dies, in presentiarū respōdet cuidam questioni, an scilicet sit possibile, statim ab initio cognoscere, qui supersint, aut qui exterminabuntur. cui satisfaciendo, seruat talem processum. Nam primo distinguit de morborū conditione si longinque sint terminationis, aut breuis. statim intelligit duas cōclusiones. quarū prima ponitur in hoc textu, altera in sequenti. additque deinde, aliquot breuissima signa, quibus conualiturus a morituro distinguatur. Pro declaratione

tione ad primam conclusionem, dicimus duo intendere. Primo ponit fundamentū difficilis cognitionis in morbis, qui longo processu finiunt. Secūdo dat modū possibilē, qui tali cognitioni suseruiat. Est igit ergo text9. esse in initio admodū difficilem cognitionem. in talibus morbis, eorū que in tali morbo cōsideranda & iudicanda sunt. cuius conclusionis fundamentum est. q̄ inter ea que valde similia sunt, etiā doctus artifex vix discrepantiam notat. hoc dixit Gal. 2. de crisi de duobus gemellis valde similibus. sed ita negocium se habet, vt in morbis prolixi spatii, siue ad bonū aut ad malum demum vertantur, initia sunt eorum in signis suis similia, igitur. quod totum pulchre Gal. in cōt. sub exemplo duorum luctantium mutuo. Si accidat ipsos equa lance certare in principio, vt astantium nullus, etiā illius artis peritus queat discernere, vter ipsorum superabitur. talis inquam est parabola lōgi morbi, vbi natura ipseq; morbus grauiter iniunt certamen, nullo robur suum pro tunc ostendente. luctantium vero qui fremitu & ardore se iungunt. statim vincētis victoria significatur, viso dominio vnius ad alterum. ecce igitur expressum, difficile iudicium in prolixis morbis. Notandumq; deinde, q̄ multa tenetur medicus ipse de infirmis cognoscere, que omnia sunt latentia satis in talibus in principio. Primum est, signa certificantia mortē aut vitam. Secundo signa crisis & speciei ipsius. Tertio horam ipsius crisis. que omnia & si ex varia signorū natura discernēda sint, sunt tamen satis confusa pro eo tempore. & si per verbū textus. (in initio,) notabile spacium liceat intelligere. signa vite & mortis maioris sunt secreti, cum plura signa desiderent, & summe librata. in quibus non numerus, sed virtus concernenda est. 1. de crisi. si vero cum crisi aut non, etiam difficile. cum morbi, quibus ob tardum motum principii. vacuatio minus configuratur, quam abscessus. post dactum est eis, iterum properare. species vacuationis longe post apparet, cum indicato vomitu, iam sanguis e naribus fluxit. horaq; crisis etiam occulta valde est, cum morituris tribus temporibus, saluandis minime. quod erit adhuc difficilius si precisum diem crisis volueris determinare. Cum igitur tot sint in morbis consideranda, & fie ad rem facientia. quā obscura talia in initio debeant esse prolixorū morborū vides. quod tamē & si ita accidat, non oīno posponēdum, immo amplexare ea signa, que in principio talium. morborū visuntur. que licet tali tēpore in sufficientia sint, in processu euidentiora fient, aut de se, aut aliis que succedent determinata. que consideratio, & si nefas nō sit, singulis diebus. si fiat, in singulis quaternionibus nō despiciatur, immo magna aduertentia attendatur. quem diem elexit, a tertio non incohans, q̄ piger morbus longe est a tanta bili, que ad tertium properet. estq; quaternus dies sub primo aspectu fortune clausus, quo fauore natura pdita, rationabile est, vt in primo, aut sequentibus occulte. aut publice. aut in signis coctionis,

aut

aut apetitus, aut spirationis aliquod vestigium non sentiatur. quod si partem nature faueat, quo vertatur morbus iam suspicaris. idem si morbo ipsi aspiret. vides quod anaxioni. tertius quaternio. fuit primus, quo natute vigor ostendebatur. scilicet in. xi. die. Nec videatur pugnare hanc sententiam textus, alteri superius posite: qꝫ vittus quarte diei post vigesimum delitescit, & qꝫ motbi isti si prolixi sunt, vltra eum spacium protogantur. Nam cum sint citra chronicorum terminum, difficile est, & si primis quaternionibus latentia sint inditia, vt ad. xx. vsqꝫ, vbi sex perficiũtur, non sciatur clare, quo morbus inclinetur. qđ postea magis clarifiet. q̃re &c.

De circuitionibus quibus quartane febre finiuntur. Cap. iii.

Quartane conditio ex eodem ordine est. GAL.

QVID quoqꝫ plerisqꝫ incognitum est, & ob eam rem mirabundi sepenumero vaticiniũ quoddam nostrũ presagium haberi credunt, vt nequaquã febre detentus quartana vindicabitur post diẽ si ita fors tulerit quintumdecimũ. At qui per tertianam non demirantur presagium. Sed in vtrisqꝫ ratio communis est, vt enim per febres cõtinuas numeramus, omnes deinceps dies in predictionem future iudicationis, ita per intermittẽtes accessiones. Vt quod per cõtinuas septimus dies valet, id per intermittentes septima circuitio possit. Ob id igitur exquisita terniana septem circuitionibrs, non diebus septem iudicari solet. Quinetiam quod quartus dies a principio numeranti aduersus septimũ est id quarta circuitio aduersus septimã circuitionem. Quartus enim dies septimi index est, & idem quarta circuitio septime index est. Sed de his omnibus libro de iudicationibus perpensum iam est. Quocirca nunc id vnum intellexisse sufficiet, vt quartane febris circuitiones ex numero circuition accidantum, non dierum. Ex eodem Cosmu, id est ordine est. Cosmon, id est ordinem appellauit decretoriũ ordinem dierum, vt enim acosmias, id est inordinationis proprium est, araxia, id est inordinatio, ita cosmu, id est ordinatiõis, raxis, id est ordinatio. Et ob eam rem appellarunt mortales vniuersum cosmon argumẽto ordinationis, quando quidem in eo cuncta recte disposita sunt. In medio enim eorũ terra posita est, extra mare circum it, id ambit aer, illum ether, demũ his omnibus celum obtenditur. Quinetiam conuersiones inerrabilium quid opus est dicere quam ordine eant, vt que assidue similiter habeant, errorũ vero anfractus quãquam non singulis diebus pares existant, attamen ordinem paribus temporis circuitionibus seruant ipsis assidue easdem signiferi partes perreptantibus.

GLOSA.

Multa protulit author. a principio tertii libri vsqꝫ, ad que singula, si referenda esset quartana, ex verbo textus. ex eo ordine est. non exigui dubii esset. Nec minus dubium est, qualiter quartane conditio introducitur. sic

prolixus morbus, cum iurauimus in initio libri huius super morbos acutos. Inuenta est enim breuis aliqua quartana. 1. quart. per A ui. insuper ad acutos frequenter succedit, quod sufficit. Complet igitur in hoc textu, de quo monuit in precedenti, scilicet in singulis quaternis contemplari, quo morbi conditio vertatur. quartane igitur conditio huius ordinis est. Sed pro introductione textus tu merito dubitabis, nam fine cessante, cessant ea que in eum finem ordinantur. sed si intentio Hippo. fuit eam haberi sollicitudinem, vt de periculo aut ipsius priuatione informaretur medicus, quartana vero est a toto genere salubris. 1. quart. tracta. 2. cap. 4. cum tantã habeat intercapedinis. quod est precipua pars non timendi cõmeto illius. quecunq; febres tertia die fortiores fiunt. humorq; illius lentus non multum affligens virtutem ipsam. dic q licet de se salubris sit, potest esse continua, duplex & triplex, in homine debili aut male recto, vnde redde tur periculosa. Sed hoc non videtur sufficere, quia de simplici solum videtur Hippo. loqui. cum precipiat in tali attendere circuitiones, ex Gal. in cõmento. in continua vero dies preciperet contemplari. dic quod plura in quartana possunt predicti vt patet per Gal. libro de presentione de Eudimo philosopho. Cum sibi quartanam inicitatem, ipsiusq; duplum & triplum occursum, ac ipsius definitionem, & qua hora, & qua crisis specie predixit. in quibus omnibus magnũ honorem est consecutus, & ingentem splendorem arti prognostice contulit. in quibus omnibus, aut pluribus, hac lege Hippo. iuuari Gal. verisimile est. Quo sic perpenso. non est minoris momenti, quare in textu precedenti sub conditione prolixorum morborum, non est intellecta quartana, vt necessum fuerit hoc textu ipsius commendare conditionem. forsam, quod cum ad. lxvsq; circuitio sit cõmendata per quaternionum considerationem. in exemplo quartane vltra ipsum terminum etiam commendat talem haberi solertiam. cum talis quartana vlterius protrogari cõsueuit. & licet quartani circuitus vltra. xx. dies fere extinguantur, per ipsorum reiterationem ad aliquam hebdomadam peruenitur, vbi, aut solui talem morbum, aut indicari, quãdo dissoluetur, certificabitur. aut dic subtilius. quod cũ circuitio quartanaria, quam precepit contemplari in textu precedenti, sit propria quartane, ne aliquis crederet ipsum duntaxat de quartana intellexisse. Subdit, quartana est eiusdem ordinis. ad alios prolixos morbos, quibus quaterniones iubeo contemplari. Sed iam tempus est, maiora petere. scilicet de quo intelligatur textus. in his repetitionibus quartanariis contemplandis, si de diebus, aut de circuitionibus. Nam Hippo. non se explicuit. & Gal. in commento procedit, ad manifestandum nobis illud, presuppositis aliquot fundamentis. Primum est, quod ratio indicantis diei est, vt in ipso presentiamus, quid futurum sit in sequenti die decretorio, quem indicauit. Alterum

rum est, quod dies quartus proprius indicat septimũ, quam alii indicantes, suos decretorios. quod tantisper tactũ fuit in quarto Apho. cotõ illius quibus in septima die terminandus est morbus. Tertium fundamentũ est. φ tantũ imbibit tẽporis vna interpolata in vna circuitione, sicut vna cõtinua in vna die. quod habetur eadem parte in cõmento illius exquisita terciana in .7. periodis. Quibus perpensis, sentit duas conclusiones. Prima est. Numerus dierum venit intelligendus in quartanis contemplationibus in ipsis inseparabilibus febribus. patet quia natura semper est in motu. & talẽ videmus esse experientiã de .4. die respectu .7. & in .11. respectu .14. Semper intelligẽdo cum latitudine, quã in hac schola sermones nostri pactiuntur, nã nõ semper quarta indicat .7. imediatã. nisi ꝑperet morbus coctioq; sit perfecta, aut crisis in tali indicãti initietur. totũ videndũ .3. de crisi & primo dierũ decretoriũ. Secũdã conclusio per ipsos singulos quaterniones cõtẽplandos, intelligere debemus succedẽtes quatuor circuitiones, sic quod existente febre intermitente. Si in hoc paroxismo non video quid mihi satisfaciat ad informationẽ, in quarto imediato forsan cõplebitur illud, aut saltim contempler, si id iam elucet. scilicet de coctione apetitu, mente cõpote & inspiratione ac similibus. nec priores circuitiones sunt posponende, sed quarta solenius contemplanda, Vnde qui dicunt in tercianis, terciã circuitionem cõspiciendam esse, quartã vero in quartana, male elicitur ex cõtõ. que quidẽ cõclusio ꝓbata est ex suppositiõibus dictis precipue vltima. ita φ quartus paroxismus in intermitentibus sit sicut dies quartus in cõtinuis vtrobiq; ergo ad septimũ sequentẽ erit suo modo respectus. Sed quia hoc sic dictum, nõ est exigui põderis, nec intellectu facile, dignum est tantisper immorari circa illud. Nam in febribus intermitẽtibus. in quibus in die intercapedinis est materia coniũcta sub forma antecedentis cause in venis, nam de istis loquor in argumento. Nã in redeũtibus aggregatione aut cineritio aduocãte, aut sola intemperatura hepatis, forsan Gal. dictũ frimius esset. Si igitur tale demus, quid prohibet ipsam virtutem altẽtãtẽ toto eo spacio agere in eã, & ea est artis intentio, cum eo die intercapedinis suis situ pistalis humoris procuret alteratione. Quod tu negare non potes, cũ sepe sola actione nature alterantis intercipiatur futurus paroxismus, nõ φ tota antecedẽs causa, precedenti expulsa sit. Quod si sic est. qualiter cõsentaneũ est, non agere naturã plus, in quatuor paroxismorũ tẽpore ipsius terciane intermitentis, qui occupant .7. dies, quã in quatuor afflictionis cõtinue, qui sunt dimidium illius temporis. & tu forma idẽ argumẽtum, de quartana continua & intermittenti. Nec vallet, dicas, φ maior afflictio que est in continuis, dat sub breuiori tempore actionem esse equalem, quia virtutes naturales sumentes conactum fortius operantur. ex Gal. in comento pulsuũ. Quia licet ea sit sollutio aliquorum, videtur φ ex toto non satisffaciat. quia

actio coctionis est continua & non indiget irritamentis, sicut expultrix facultas, immo quiete felicitatur. Ob quod domum obscuram stratumq; mollem ingeniauit Hippo. infirmis. 6. epidimiarum. Item & est fortior ratio. quia tante afflictionis potest esse intermittens, sicut inseparabilis, & cum hoc, insuper est in terpolationis tempus. Nam paroxismus quartane affligit per diem naturalem. Item si circuitiones oportet aspicere in talibus, & non dies naturales. quero qualis erit mensis medicinalis talium, insuper & septimane. quia mensis infirmi ad eos aspectus fortune habet esse secundum continuos dies sue peragrationis. Itē ista ꝓpositio vt sonat in nostra eschola esset et falsa. quartana iudicatur per annum iusta solis motum, immo in terria parte anni. Sed cum Gal. aliter visus est sentire in hoc commento. cum dixerit, oportet scias, ꝙ crisis febrium quartanarum est ex periodis & non ex diebus. Dicam igitur in hoc dubio quod mihi visum fuit. scilicet ꝙ antecedens causa ipsius morbi nō reddit ipsum corpus actu egrum, sed neutrum. Videndum tertio tegni. factus enim morbus causa caret, & fiens pro partibus suis ad causam coniunctam refertur. que coniuncta causa actu causat, sicut & talis morbus fiens actu talis est. Fututum enim fieri quod est fientis pars distinctum est a futuro fieri quod ad partem absolute preseruantem attinet. Dico secundo quod tempora morborum interpolatorum, sunt referenda ad morbum & non ad neutralitatem. vnde ex causa coniuncta debent computari, ob quod verius sunt tot morbi quot paroxismi quam vnus morbus. Dico tertio ꝙ mensis medicinalis qui attribuitur ipsi morbo. respectu ipsius debet intelligi & non neutralitatis aut salutis. Volo dicere ꝙ inditia que videntur digna comparari talibus diebus, aut indicationis aut crisis pendent a natura vt dimicatur morbū. vnde non incōuenit morbum iudicari verbi causa in. xvii. die, facta interpollatione per aliquot dies. & tamen verius essent computandi illi duntaxat, qui partes fuere actualis morbi. De quo nos tamen aliquid supra tetigimus. Dico vlterius. ꝙ actio nature in causam antecedentem non est curatiua alicuius morbi actualis, sed futuri preuisura. quod tamen est fientis morbi pars, & eo, actu leditur corpus. Dicitur tamen futurum fieri, quia nondum est in toto suo esse perfecto. Videndum tertio teg. per Trusianū et pergen. in questione. xix. extrauagancium. Vnde preuisio que solum fit per abscisionem cause antecedētis, est duntaxat preuisio absoluta a curatione. 4. pri. capite. 2. & si ea preuisio pars sit conseruatiue artis. Videndum tertio tegni. dico vlterius nullam nature actionem que paulatina est, mereri comparari ad partes indicationis proprie. quod Gal. est in toto lib. 1. & 3. de crisi. Dico vlterius. ꝙ & si in paroxismi tempore actio caloris contra naturam magis manifesta videatur, quam naturalis caloris, in terminando presentem paroxismum, non est inde tenendum,

ipsum natiuum calorem non concurrere, & omnibus neruis in eam massam agere, ac ipsam discutere. Quod. 1. quar. habet videri. capite de horis febrium. rectius exponendo. illud verbum caliditas innata. quam ibi solẽat exponi. vnde eo tempore non solum causam coniunctam, immo preter naturali, adiutus naturalis calor etiam antecedentem manifeste alterat, concoquit, & expellit (habes diffe. concilio an calor preter naturalis digerat) quod videbis satis bene depictum ab ipso Gale. illo libello citato de presentione. in historia quartane Eudimi philosofi. vbi in vltimo paroxismo. tangendo ipsius pulsum promisit totam materiam peccantem eo paroxismo e corpore expellendam, visa concitatione nature ex pulsus magnitudine in morbi materiam. Que cum venalis esset, modo sanguinis fluxu expulsa fuit, constat etiam de causa antecedenti intelligendum. quibus omnibus diligenter animaduersis. Non est inconsentaneum quod in interpolatis septimanas. numeremus per circuitiones, & ad ipsas attendamus. in quarum intercapedine nihil natura operata est circa causam con iunctam, cum tunc non fit. parumq; aut nihil circa causam antecedentem, quod ad crisim pertineat. Nam si aliquam humoris portionem castiget, ad benignum conuertendo, id non est faciens ad crisim. Quod affirmo ex dictis Gal. primo de crisi. in historia anaxionis. quem febris dimisit in die xxi. ex toto. reuersaq; est in die. xxvii. intensissima. cuius intensionis causam dans Gale. ipse. ait. ꝙ natura non aliter concoquit humores in venis, quam pus faciat in apostematibus. Quod quanto incendio fiat, attende ad exemplum ipsius in commento illius. circa puris generationem. Ideo illud quod mansit e morbo post diminutam crisim. x x i. iterum bulliuit, & calefactum est, & ea coctionis hora, aucta est febris valde. Nonne vides illud superfluum in corpore per dies sex absq; febre, aut actione manifesta nature in eũ. & vides qualiter vnica die manifeste coxit humorem. Nam tunc facta est perfecta coctio. & si iudicatio dilata fuit vsq; ad diem xxxiiii. quod autem illud opus precipue fuerit a naturali calore, ibi declarat, vt in alio proposito iam eam sententiam citauimus. Non ergo negamus cum signa coctionis aut ipsius priuationis sint prestantiora signa, quibus innitendũ est, pro cognoscẽdo quo morbus vertatur. scilicet ad incolumitatẽ, aut ad perniciem. & id. opus fit alterãtis virtutis, ꝙ in interpolatis, diebus interpolationis natura omnino vacet ab opere tali in causam antecedentem venalem, Sed cum ea operatio fit paulatina, nec de temporibus morbi, nec digna comparari ad mutationes creticas, nec est opus sic clarum, vt illud quod fit in presentia febris, cum excitatur illa coctio a calore naturali in presentia coloris extranei, vt dignum sit illud memoria. vnde equa lance comparandi veniunt & inseperabiles per dies & intermittentes per circuitiones, quia tũc est tempus pugne, & coctionis expulsionisq;

sionisq; argumēta cum bene intelliguntur, non pugnāt nobis.que tanta dicta sint, non ad obstentacionē. Sed posteros excitando ea autem que diximus de causa antecedente & coniuncta quibus referenda sint non pugnat Gale. libello contra Iulianum cum bene intelligitur in hoc proposito vbi habet factum morbi non posse absolui nisi causa antecedens auferatur. vide ergo eum passum.quare &c.

¶ Si quis minima temporis parte indicandus est: pesentiri propensius potest: maxime enim ab initio dissidet. Qui enim conualiturus est: facilius spirat: sine dolore agit: noctu dormit: & alia signa securissima habet. Qui vero moriturus est: spirat difficulter: cōflictatur: vigilat: & alia signa deterrima habet. GAL.

Verbum propensius (vt antea est proditum) prōptius faciliusq; significat. Propensiora enim appellitat faciliora & ad cognoscendum promptiora Itaq; pauloante dixit. Simplicissime enim febres ac signis sitmate securissimis quarto die: aut citius desinunt. Sed nunc recensuit id: vt per exempla planius iudicetur: que nā signa saluberrima censeantur. Igitur ipse inferens dicit. Qui enim conualiturus est. facilius spirat: sine dolore agit: noctu dormit. Qui vero moriturus: est spirat difficulter: cōflictatur vigilat. Deinde vtriq; sermoni adiecit priori quidem. Et alia signa securissima habet. Secundo vero: & alia signa deterrima habet. Clare indicans vt exemplorum causa fecerit mentionem in vtroq; genere signorum. Porro id etiam merito adiecit sermoni. Maxime enim ab initio dissidet vt antea quoq; dictū iam est: cum insigne sit diuortium inter se morborum: qui minimo temporis tractu discessuri sint: aut in sanitatē: aut in mortem: quomodo eorū qui plus temporis extendantur subsimiles nocte existunt. Ceterum verbū allophasim dictum quoq; id nomen est ex dictione non admodum consueta grecis: aut delirare aut inquietos agere: quod verbū asomenoys idest conflictari significat. Sed rectius quantum ex ipsa dictione conicio prima ssignificatio est: vt nomen sit factū: propter ea q; alias loquatur aliud: nonnulli quia mutet alias in aliam figuram taphac idest oculos extitisse dicunt appellationem.

GLOSA.

Complet Hippo. in presenti textu alteram partem conclusionis, puta q; in morbis qui breui tempore desinunt, mox a principio facilius quo vertatur, dignoscetur. Incipit enim ob conditionem talis morbi, aut virtus aut morbus sic inualescere, vt non occultetur vnius aut alterius victoria. quam scilicet distinctis notis statim declarat, virtutis inquam. facili inspiratione, priuatione doloris, noturna quiete & similibus, oppositis autem, naturam subiici morbo. de quibus etiam supra in textu. (simplicissime febres) in genere. promittens hoc loco compleri, vt Gale. in vltimo illius

Illius cōmenti. In ferie .quorum nominatim poſt habet mentionem. Itaq; cum tali vnius aut alterius impetu, raro inditia ſunt confuſa, vt anceps ſit iuditium. Que vt clariora fiant, iuſtum eſt perpendere, ſi in morbis breuis terminationis ſit facilior certiorq; pronoſticatio quam in chronicis, aut econtra. Non dedit autem dubium hoc parum laboris ſcribentibus a diebus Hippo. cum in. 2. aphoriſ. dixerit non eſſe acutorum morborum omnino certas pronoſticationes, hic vero faciles, etiam a principio. & plurimi inepte quidem ſe habuere vſq; ad tempus gentilis. qui ſuper hoc, ſatis bonum fecit tractatum, cuius reſolutio his dictis ſequentibus clauditur. Primum eſt, textus Hippo. citatus in. 2. Apho. cum ſit propoſitio indifinita, non contradicit huic ſententie. Non enim dixit omnium. ſunt enim quipiam acuti morbi. de quorum periculo non ambigitur, etiam virtus videatur fortis, tantus eſt ipſorum impetus. ita de ſalute in aliis non dubitatur, & ſi morbus magnus repreſentetur, nec ideo virtus ſemper erit debilis, quia tali maior ſepe. Contingit quandoq; & forſam pluries, naturam & morbum ferme ad perpendiculum ſtare. vbi abſq; magna medici pericia, vix diſcernetur, vter talium victurus ſit, de quibus proprie intelligitur citata Hippo. ſententia. Secundum dictum. ſi comparas morbos acutos in ſui initio, ad chronicos eodem tempore, certiores ſunt in acutis pronoſticationes, in vnum aut alterum latus. Tertium dictum. ſi referas tales morbos in ſui proceſſu, multo certiores ſunt in chronicis quam in acutis. Primum ipſius dictum, eſt clare Hippo. ſententia in preſenti textu. nam in acutis iuſta impetum pugillum, mox a principio viſuntur diſſimiles. vt Gal. in preſenti cōmento. Sed ipſis talibus morbis procedentibus non eſt tanta certitudo, vt nō poſſit ſuccedere contrarium. aut ex occulta debilitate infirmi, que eſt qualitas que ignoratur. vnde aliquot homines quos apparēter robuſtiſſimos iudicamus, ſubito deficere videmus, ignorata cauſa talis defectionis. Et ſunt incomprehenſibiles res, que ſolum certificantur, poſtquam contingunt. item & latitant ſeue materie. & ſi mole vincebantur ab aliis humoribus, quorum ſigna apparuere. Quod ſic defortunauit bonorum medicorum predictiones. Ita oppoſito modo, infirmo ad ſanguinem iudicato ex ſignorum firmitudine. & ſi raro. viſum tamen eſt, iterum virtutem quaſi ex filo appenſam, & funeralibus paratis, reuixit homo. Quod vulgus clamat, fecit terminum iſte infirmus. de quo non immemor Aui. ſecunda. 4. clamauit voce magna. O quanta ſigna timoroſa vidimis de caſu pulſus ac ſomni profunditate. &c. Poſque, & ſi probatica ſit piſcina, conualuere aliqui. & quia he variationes ſubite, non expectate, minime in chronicis habent locum. quia in talibus non ſuccedunt conactus hinc, aut ilinc, inde eſt in proceſſu acutorum minor certitudo, quam chronicorum, in quibus in principio ob vtriuſq;

pugilis

pugilis ignaniam,nullo partes suas ex corde agente,quo vertatur morbus, sepe ignoratur.adeo vt incipientibus duobus pacti chronice,certo tempore nulla sit discrepantia inter eos, quorum tamen alter necessario euadet, alter morietur. in processu tamen,existente natura ordinata in motibus suis, & gracia conditionis talis humoris, non est vnde nouus insultus contingere possit, iam ex victoria signorum vnius,aut alterius,certificata salus,aut mors,non est vnde cambiari possit. que pars conclusionis & si non sit expresse demente Hippo.in presenti,intelligitur tamen a Gal. in commento illius in secunda.ocutorum morborum. Quia tamen inuetecunde, Rasius nicitur mordere Gal.in hoc proposito,videatur succinte quid attulit,ac soluatur. Ait in primis esse in dictis Gal. claram discordiam.nam hoc loco inuit propter tarditatem motus materie,esse in chronicis pronosticationes incertas, & super apho. dixit esse certas ob eandem causam, ad quod responsio est per quã lucida. nam humorũ tarditas facit in initio esse iudicium confusum,sed in processu fixum & stabile,quia heret ordini vni, talis processus. offerebat secundo. in chronicis plus distat exitus rei, a signis id indicantibus. ergo plus ea passio subiecta est occasionibus, vt posset perturbari iudicium. Respondendum est, dicere verum,de occasionibus exterioribus,malo nuncio,regiminis peccato,aut similibus.de internis vero insultibus, & mutationibus, in maiori processu in chronicis, est maior securitas, & multo plures insultus in acutis in breuiori spacio. Aliam rationem facit gent. in fauorem Rasii, & soluit, quam per te vide si libet. quate &c.

¶His igitur ita euenientibus: considerari conuenit per tẽporis spatia & adiectiones singulas meantib⁹ morbis in iudicationem. G A L.

Vt antea quecũq; dixit de primo quaternario inter initia recesuit adiiciendo exempla, pari modo rursus per hãc dictionem persequitur ea que sunt per illam tradita,in qua ait. Sed a primo numerandũ est, considerandumq; singulis additis quaternariis, nec latebit quo nam vertetur.

G L O S A.

Respondet Hippo.cuidam dubio in verbis istius textus. quia cum dixisset mox a principio in acutis morbis facile discerni, quo talis incline tur. ne inde auditor crederet, excusari considerationem in quaternionibus sequentibus ait, his igitur euenientibus ita considerari conuenit per temporis spacia, & adiectiones singulas, id est in quacunq; hora siue sit principium morbi, aut ipsius incrementum, aut status vsqueque morbus iudicetur. Nam ex tali continuata consideratione, affirmabis, ea que coniectasti in principio, aut primo quaternario. quod totum dictum est. vt adimpleatur quod dixit, non esse omnes acutos morbos eiusdem fariene, nec ad vnum terminum finiri. in.3.de crisi ac. 2. dierum decretorium & sequenti

ſequenti commento. Qui ergo ad.xx. diem terminãtur, non eſt irrationale iuuari cõſideratione eorũ, que in proceſſu morbi viſuntur, quibus perpenſis, aut confirmabis mentem tuam, aut non erit horrendũ, ſi conſilium mutaueris. in eo enim extat acutorũ morborum ratio, vt certe non ſint ſemper a principio ipſorum pronuntiationes ſalutis, aut mortis. ex quo iſta conſideratio chronicis eſt neceſſaria, acutis vero vtilis. quare &c.

Quo pacto in mulieribus a die quo pepererint iudicationes exiſtant. Capite. iiii.

Pari modo in mulieribus iudicationes fiunt a partu: quouis die pepererint. GAL.

PRINCIPIVM numerationis erit nõ quo die ceperint febricitare, ſed quo pepererint. In quibuſdã igitur circa ſecundũ, aut tertium incipiũt diẽ a partu ex quo multi numerãt futurã iudicationẽ. Sed res nõ ita ſe habet, ſed ex quo pepererint numerationem fieri oportet dierũ. Ceterum cum hec oĩa ſummatim de diebus decretoriis docuerit Hip. libet in animatũ reuocetur id qđ a me ſepenumero perpenſum iam eſt. i. quaſdã conquiſitiones haud quicquã conducere ad artis miniſteria logicam habentes cõſiderationem. Vſus enim predictionis eſt agnoſcere diẽ quo morbus iudicãdus eſt. Sed vtrũ ſit acutus, appellandus, an peracutus, an longus, an acutus, an acutus ex cõuerſione de nominibus querere eſt potius quã de rebus. Quod ſi cui placeat talẽ queſtionem eſſe de rebus, ſed nõ de his rebus eſt, ex quibus orſus quiſpiam aut preſentiat futura, aut recte medeatur. Itaq; ſubiiciatur vere precognitum eſſe vigeſimo die fore morbi ſolutionẽ, tum aũt re ita eueniente, quemadmodũ expectabatur quẽdam dicere acutum morbũ extitiſſe, quẽdam nõ acutum permittere nominari ipſum (finem enim eſſe morborũ acutorum quartumdecimũ diem) deinde eos inter ſe diſſidere, & alter appellet perſpicue longũ, propterea q; exciderit acutorũ limitẽ morborũ. nec eſſe exiſtimandũ per morbos aliam tertiam differentiã de quantitate tpis haberi, aliter vocet acutũ ex cõuerſione talem morbũ, alius acutũ nominet alius nõ ſimpliciter ita dicat, ſed appellet acutũ paulo adauctiorem. Si quis igitur audiat ea ex quibus ſinguli diſcrepantes veriſimilibus cõmuniunt opinionem, deinde decernat quis, nam eorũ melius peius vt ſentiat, multum cõteret tẽporis, nec aliquid in arte iuuabitur. Pari modo ſiquis nouit preſentire ſeptimo & vigeſimo ſolutũ iri morbũ, nec poſſit definire vtrũ acutus, an acutus ex cõuerſione ſit, nequaquã in artis officio offendet. Optimũ eñ eſt p differẽtias in morbis abs tpe ductas tãtũ eorũ exiſtimare eſſe numerum quãta decretoriũ circuitio habet vt breuiſſimus quidẽ primo circunſcribat quaternario, poſtea. 2. tum aũt. 3. deinde. 4. mox. 5. ac demũ. 6. qui in diem vigeſimum deuenit, poſtea vero aboleri quaternarios, fieriq; per ſe-

ptenarios

ptenatios iudicationes, deinde etiam hos aboleri procedente tempore, ita vt per vicenos dies, morborum efficiantur solutiones, postea ad mensium numerum deuenire. Duo enim sunt temporum accessus in morbis, vt aut acuti, aut diutini nominentur. Sed gratia illustrioris disciplinę sepenume ro ita nominamus, mox ab ipsius ducti reb⁹ inter eos rursus ponimus acu tos ex conuersione, & omnes differentias tres haberi dicimus, e quibus rur sus singulas partimur, velut in acutis hic simpliciter acutus, ille peracutus ab ipso Hip. nominatur. Peracutus, si septimum non transmeet diem, sed aut in eo, aut etiam maturius iudicetur, tum autē hunc quoq; paulo adiice re cernentes ambigimus propriā non habentes deferre appellatione morbo qui septimodecimo iudicetur, quomodo nec ei qui vigesimo finiatur, ita vt appareat hac in re ambiguitas aceruus nominata, videaturq; interdū verisimile non esse quartumdecimum limitem acutorū morborum, sed vigesimū diem. At vero rursus & alia ambiguitas super ea ipsa re est, etenim morbus acutus cum magnitudine quadā ac febre continua intelligitur. Si enim non ita sit, quāquam circa quartumdecimū soluatur diem, aut etiam citius eiusdē appellationis nequaquā censemus. Igitur hę sunt & tot acuto rum differentię accessionis morborū. Alię vero eorum qui ad ampliorem latitudinem post diem vigesimū extendantur, & item consonū rationi videtur, vt si ad quadragesimū prorogetur diem, quadā propria differentia collocentur necnon si ab his ad septimū mensem extendūtur alia differentia, quomodo si annui sint, rursus alia cōprehenduntur, & ad hęc si habeant non mensium sed annorū numerationē. Quod igitur assidue monui talia pretermittenda sunt, existimandumq; satis esse presentire quonam tēpore conualiturus eger est. Itaq; cōstat, vt Hip. in nullo morbi genere quā solet nominare suppurationem, interdum vigesimū statuat terminū eruptionis interdum trigesimū, aut quadragesimū, aut sexagesimum. Quocirca permittens deferre appellationes, ii quocirca talia peritiores existāt ipse stude presentire in quē de relatis terminū morbi impetus perrepturus sit. Id com peties duobus velut instrumentis, experimento ac ratione. Experimento quidem vnā & item alterā docente suppurationē eruptam alterutrā proprio seorsum tēporis spatio. Ratione vero indicante materię suppurationis substantiam, item causam efficientem eius, & eas que cum illis cooperantur. Simul enim aliquis vidit primam suppurationem quadragesimo erumpi die, quam talis cōmisit humor. Verbi gratia. Modice frigidus ac tempore similiter modice frigido, & etate, & regione, & natura totius morbi, atq; etiā affecte partis, rursus simul vidit alterā erumpi sexagesimo diē omnibus prelatis frigidioribus, tum aūt vigesimo calidioribus ex his orsus poteris alias scrutari suppurationes intētionib⁹ vtens empirice perspectis, conferens cum illis ea que nunc accidunt per caliditatem & frigiditatem

ipsorum

ipsorum humorũ euariantium, & item alterantis eos causę efficientis, quę inquam calor natiuus est, & quecunq; alia huic cooperantur ex terra, tem pore, conditione. Porro causę ipsius efficientis magnitudinem ab etate coniiciens, & item propria ipsius natura atq; etiam parte in qua accidit fie ri suppurationem & aliis inditiis, quecunq; robur atq; imbecillitatem in dicant in arteria ac venis facultatis, qui enim nihil ex his agnouit, sed expe ctat ex obseruatione cunctas discere suppurationes mille tempus anno rum ad eam rem nequaquam sufficeret, quemadmodum rursus qui nati uum scrutetur calorem quam vehemens sit, cumq; eo confert concoquen de naturam materię, viam habet inueniende eius rei quam vestigat. Hic vnus potest ex iis que nouit, ea etiam que non nouit artificii ratione per uestigare. Hic vnus dicet, vt circa vigesimũ diem talis suppuraturus cir ca trigesimum talis & in aliis similiter, nihil insuper necesse habens adde re vtrum oporteat nominari acutum, an longum, an acutum, ex conuer sione morbum. Hec igitur interstinguere officium est non medicorum medius fidius ministeriis artis studentium, sed sophistarum sermonibus vacantium, & ob eam rem de his questionibus in excelso insidentes solio scire admodum pleriq; sermonibus perhauriunt auditores. Quid vero sit egris euenturum, magis latuit eos quam maris congios. Alii ecõtrario ido nei sunt ad cognoscendum morbos, ac presentiendum futura, sed nihil ha bent quo logicas diluant questiones, & ob hanc causam, alii existimantur medici ab omnibus, alii sophiste ac medici loquentes, eos enim ita appel lant, & si quos viderint librũ aliquem legentes & ratione vtentes, tales me dici loquentes esse existant.

GLOSA.

Gal. in expositione huius textus. cũ duo verba faceret, de Hip. intẽtio ne, posponẽs illud totũ vt noctũ, transtulit se ad aliã considerationẽ, quam forsam credidit esse in Hip. aio, aut q nulla, huic materie adeo necessaria sit, pro doctrina inquã de crisi, ad de diebus decretoriis. quorũ preterit cõsi deratio. est igitur sua mens ad crisis firmitudinẽ, predictionisq; perpetui tatem, nihil magis cõducere, quã diei cognitionẽ & tempus, quo crisis futu ra sit. nam licet fundamentũ bone aut male terminationis sit ipsa coctio, ex sola dilatatione termini sub eadem specie morbi, eueniet alterum esse salubrẽ, alterum mortalem. quod ipse. 3. de crisi in ea sententia sepe cõmen data, sic habet. Iam ergo possibile est, vt videamus duos egros, in dispositione vna secundũ omnes modos, & saluetur vnus eorũ & moriatur alter, propter hore status vicinitatem, & elongationem. via autẽ que ad hoc du cit. vna est, scilicet status egritudinis cognitio. Ob quod Hip. in. 1. apho. valde monuit statum egritudinis contemplari, & an virtus illuc perueni re. sufficiat, aut prius deficiat. Nam cũ sepe dictum est, crisim fieri cum perturbatione, & luctamine. consentaneum est accidere eo tempore, quo morbus

morbus verlor est. ergo cõtemplata distantia, facta collatione morbi ad virtutem, vti ponderis ad portatorem, videbitur, si sufficiat virtus, nene. qualiter autẽ status hora cognoscatur, in eo apho. paroxismos & consistentias. ac. 1. de crisi, sat lucidum est quod totum sic consideratum, multo maioris est frugis, quam nugas sophistarum inserere, qui consumunt totum tempus, an morbus qui. xx. contingit diem, acutus sit, nene. hec igitur sunt in summa, que Gal. in cõto. proponit. Sed quia Hip. mens iusta incepta, prosequitur vtilissimam sentẽtiam, bonũ est immorari tantisper, circa literam, & videre, quid est hoc, quod sub specie comparationis introduxit. in verbo, pari modo &c. Notandum primo, ꝙ vt dictum fuit ab ipso Gal. 1. cõt. huius tertii. & 1. dierum decretorium, ꝙ raro fieri potest mentio, aut consideratio, de iudicatione, sine mixtura dierum decretoriũ. nam in simili. non sumus contenti in enarranda aliqua victoria, nisi ipsius diem locum ac alias circunstãtias addamus. ac vice versa. nunquam aliquem diem dete stamur. accerbum, vt aliquem laborem eo die nobis accidisse, non referamus. atq; ita vnum. restabat omissum ab Hip. siue id pro diebus creticis, aut pro ipsa crisi faciat, scilicet, vnde est principium morbi computandum. Siue illud faciat pro tota morbi consistentia, aut duntaxat ad numerum quaternionum, ad quos attendere consuluit. Sed cum supra iam dixerit, primo quaternario finiri morbum. bene expresse intelligitur immediate a principio morbi, iusta ipsius pondus supra depictum. sed vnde inciandus erat ille quaternio, non multum facile quia. 1. dierũ decretoriuni. satis dubitatum est, que sit prima hora egritudinis. Nam nec assentitur positioni, que habet, esse primam accubitus horam, nec confractionis, propter robustos, qui talia contemnunt. ob quod eo loco. cum crisis attineat magis acutis morbis cũ febre, ipsam primã horam febris posuit Gal. initiũ morbi. quod saltim non latebit aliquem, hora perfecta. & parum post si sentiatur, non falsificabit dierum decretoriorum computum. si igitur a tali hora prima febris, procedat computatio dierũ crisis in omnibus morbis, an aliquis sit huius legis expers, in presentiarum determinat Hippo. pro quo notãdum est. ꝙ cum parturientibus succedant post partum, periodi ac iudicationes, iusta id Aui. 21. tert. tract. 1. cap. 3. in serie. & diebus quidem partus sunt mo tus & periodi. nec intelligas precise partum pro ea hora, sed vt de ipso sentit auctor. colliget. 4. simul cum illa hora, totũ mundificationis tempus. & sic cõmuniter dicitur, partũ masculi durare per. xl. dies feminarũ. lx. igitur vt scias qualiter parturiẽtibus succedet de salute aut morte, in morbisq; quos incurrere possunt enixe, contemplare quartanarias circuitiones, vt dictum est, nam sic intelliges, quo vertatur morbus. si autem queris ab Hip. vnde est incohandum pro computo talium quaternionũ, dicit quod a principio morbi. & si vlterius queris. quod est principiũ morbi. Respõdet, ꝙ partus

 hora.

hora. ꝙ si vlterius instigares.cum partus præsertim in iuuenibus elucet per notabile spacium. suis doloribus & anxietatibus. vnde computandum est. Respondeo cum Aui. loco dicto. quod a principio scilicet cõmoctionis & doloris. quod est satis rationabile. Nam licet principium morbi non dicatur, nisi respectu causæ coniunctæ. Duo tamen sunt scilicet vulnera, & partus. quæ se habent vt causa antecedens febris. ad quam referendi sunt dies decretorii ad quod posset esse fundamentum. quia ille causæ sunt actualiter lædentes, ob quod rationem coniunctarum sortiri poterunt. quod si sic est, cum febris quæ partum insequitur, fundatur in illis torsionibus, & anxietatibus, ergo principium, est aduentus commoctionis & doloris. Et tunc conuenit exponere verba Hippo. in textu. quouis die peperint, id est, incipiant parere, nam illud totum partus dicitur. Recolligendo ergo ea quæ dicta sunt, dicamus, ꝙ Hip. mentionem fecit in præsentiarum parturientium, eo ꝙ dies decretorii succedunt ipsis, vt persuadebat Aui. litera. quia nõ liceat euacuare in talibus, nisi. xx. aut. xxiiii. die elapso, quibus solet crisis eis accidere. & sic partus masculorum est quodammodo acutus morbus respectu feminarum, qui chronica ęgrotatio dici potest. Quæ dispositio parturientium cum non esset vere acuta, nec cadens ab illa. nec vere chronica, desiderabat cap. Speciale. in qua dispositione ducatur medicus, per inspectionem quaternionum, sicut in aliis. quod Aui. sentit immediate post verba citata, cum ait. Si pertransit. xx. dies aut. xxiiii. stantem aut recidiuatem, significat tarditatem consumptionis. & quia latebat, qualis erat primus dies egrotationis in talibus, adiecit, ꝙ primus dies, partus. quod qualiter intelligendum sit optime discussimus. Fuit autem necessum satisfacere illi rei, de qua Gal. in cõt. ꝙ parturientibus febris superuenit aliquibus in secunda die, aut tertia. ne igitur crederemus in talibus principiũ febris esse principiũ morbi, ideo cõcludit, a partus hora. & nõ ab incohatiõe febris. Quibus vt affectiamus melius, id discussimus. nã Aui. videtur obuius isti sententiæ in. 2. quar. cap. 1. tracta. 2. in verbo. & si pepererit mulier, deinde acciderit febris, tunc si non cõputetur ex febre, sed ex partu, illud est error. Hic est duplex, soluendi modus, primus cui magis hereo. ꝙ litera ista est corrupta. ad quod iuuat noua castigatione, quæ habet, fiat cõputatio a partu, & non a febre, alias esset error. & ponit illius causam. & si barbaro modo. in litera. & dixerunt quidam ꝙ plurimum accidit post secundum & tertium. quasi dicat fundamentũ pro alia parte erat, vidisse quibusdam parturientium febrem succedere post secundum & post tertiũ. Ergo qualiter a partu qui antecedit, & non a febre. sed illi non considerarunt, & ideo errauerunt. ꝙ febris illa habebat fundamentum & originem ab ipso partu. qui partus aliqua egritudo est, maior aut minor, secundum maiorẽ moram aut minorem. & cõmoctionem agitatiuam. alter

modus eſt legere literam, vt iacet. & tunc dicas. aliquem eſſe partum natu raliſſimum abſq; accidentibus, qui cōmuniter eſt liber a febre, poteſt tamen, ei ſuccedere, malo regimine ipſius enixe. & tunc talis febris eſt res ſeiuncta a partu, cuius principium eſt prima febris hora. Si vero partus difficilis ſit, & vehementi ipſius agitatione, humores diſpoſiti ſunt ad putredinem, vt febris ſuccedat, totū illud eſt partus, & febris ipſius eſt pars. vnde principium eſt a partu. & inde fundanda & quaternionū conſideratio. quā ſolutionē ſumme ſi vis, iuſta aliquot circunſtantias, de quibus concili. diff. 106. quā de hoc fecit. ꝙ ſi ita preciſam expoſitionē volueris ad Hip. vt eſt ea Gal. dicas ſatiſfacere queſtioni immediate agitate. vnde criſis cōputāda eſt. ſi a partu ſi a febre. & tunc habes ſolutionem dictam. quare &c.

De affectibus qui in capite, & ore, & faucibus affligant. Cap. v.

Capitis dolor vehemens & continuus cum febre: ſi quod ex inditijs extiterit exitioſis: letalis admodum eſt. Si vero ſine talibus inditijs fatigans dolor vigeſimum tranſeat diem: & febris detineat: expectari oportet ſanguinis e naribus eruptionem: aut alium abſceſſum ad inferas ſedes. Sed quoad dolor fuerit recens: expectari oportet ſanguinis eruptionem e naribus: aut ſuppurationem: ſi dolor alioquin circa timpora ac frontem affligat. GAL.

Incondite loquitur rem que ad predicendum maxime conducit; ſed recto ordine texitur hunc in modum. Capitis dolor vehemens & continus cum febre, ſi quod ex inditiis extiterit exitioſis integre letalis eſt. Si vero ex iis que didiciſti de egro tanquam conualituro ſperes, a principio quidem ad ſeptimum diem ſanguinis e naribus fluorem expectato, procedente vero tempore id etiam eueniet, pus vero erumpet e naribus, aut auribus in ſalutem egri. Si vero ad vigeſimum extendatur diem doloris accidens in capite, tunc etiam ſanguinis fluorem expectabis maiorem, magis vero ſuppurationē, magis vero abſceſſum ad inferas ſedes expectato. Sed per illud tēpus quo ſanguinis fluorē expectabis, augebit tibi expectationem, ſi in timporibus ac fronte dolor vehemens infeſtet. GLOSA.

Incipiunt predictiones merito morborum ipſorumq; ſimpthomatum, & incohat a vehementi capitis dolore. in cuius textus expoſitione, Gal. dirigit Hip. dicta ad bonum ordinem, ſub aliquibus dictis. Primum eſt. dolor capitis vehemens continuus cum febre. cum ſignis malis in apice malitie, ſignificat mortem. ꝙ ſi reliqua ſigna ſic non ſint verenda. non deerit ſalutis ſpes, vno modorum. 4. aut per fluxum ſanguinis e naribus, quod principaliter intelligitur vſq; ad diem ſeptimum. aut poſt diem illum, etiā per dictum ſanguinis fluorem. aut frequentius per puris expurgationem, e naribus & auribus. ꝙ ſi morbus in prolixus differatur ſpacium, expectandus eſt abſceſſus, in membris inferioribus. Signa autem que ſanguinis fluo-

rem fidelius promittunt, sunt infestare dolorem circa timpora, & frontem hec est igitur Gal. mens in hoc cõmento quam sententiã hinc accepit Aui. in.2.quar.cap.29.tracta.1.explicans frequentiorẽ iudicationem esse vsq; ad.7.per sanguinis fluxum e naribus. post.7.aliqualiter per saniei exitum. post.xx.caro per sanguinis fluxum. & frequentius per saniem, inde vero per exituram inferius. Si autem queras ab Aui. quando incipit talis dolor, dicit ꝙ a principio morbi. quod in verbo textus nostri (continuus) intelligitur. & si aliter. posset glosari. ꝙ si ille dolor vehementior fiat in tertio aut quarto, soluitur morbus in septimo. ꝙ si in quinto impetuosior fiat, in. vii. aut.xi. expectanda est crisis. nam quinta dies etiã indicat. vii. diẽ, & in mitioribus mitioribus.xi. alibi videndũ. quipiam voluere posse iudicari in.x. die. que posset esse. vii. a fortificatione q̃ facta est in.3.die. Iam iste modus cõsentitur. in.3.de crisi morbis reuertentibus. Sed in hoc proposito nõ placet Aui. quia iudicatio in talibus amat fieri in imparibus ob motum materie. & non ꝙ.x.fit. vii. a tertia die sentit etiã non inconueniẽte in mitioribus differri ad.xiiii.diem. Dicit tandem, ꝙ plurimũ quod accidit de hoc capitis dolore, est in tertiana. que verba si ad iudicationẽ diei.xiiii. referas. id est ꝙ licet tertiana in.xiii. die finiaẽ secundum veritatẽ. secundum tñ sensum finitur in.xiiii. quia septẽ periodi presuponũt. vii. dies quietis. sed melius est intelligere, talẽ capitis dolorem coniunctissimũ esse tertiane, propter leuitatem colere, calorẽ, & accredinẽ, que oia se iuuant in suo ascensu ac in pungendo cerebri miringas. Circa quorũ authorum sententiã, opus est immorari aliquantulũ. primo querendo si talis dolor est cũ apostemate, aut absq; eo. secũdo que sunt signa mala, sub quibus est mortis certitudo. tertio qualiter per fluxũ sanguinis hic dolor potest terminari. quarto si infra. vii. diem etiã pure possit solui. quinto si in omni sequẽti tpe p sanguinis fluxũ posset ille morbus iudicari. sexto a quo loco venit illud pus qd expurgaẽ auribus & naribus. vltimo in qua sede inferiori succedet ille abscessus & si in superioribus etiã erit possibilis. De primo dicim⁹ posse teneri vsq; ad. vii. diẽ non esse apostemosum. qd probo. Hip. intẽdit ex aliis signis malis certificare infirmi mortẽ, sed si dolor esset apostemosus cũ febre intensa, per se solus esset letalis, quia aut esset frenesis aut flegmon substãtie cerebri, q̃ sunt a toto genere mortalia, igitur. Quod si libet sentire esse iunctũ apostemati non prohibeo. quia Aui.1.ter.tract.2.cap.6.ait. cũ autem in febribus soda sit fortior, eius fortitudo est signũ malum, immo perniciosum cũ reliqua mala signa & cõparia sunt. & gentilis in glosa. citat textũ Aui. iam per me citatum in.2.quar. & istum presentẽ Hip. & prebendo causam inquit, quia significat cerebri apostema. sub vltimata nequitia. ex quo sine merito apostematis calidi, sic certificati, sine ratione virtutis dissolute intensissime dolore, suspicio est de morte. nec volo cauilari, ex dicto Rasis primo cõtinẽtis.

ꝙ fortiſſimus capitis dolor minor eſt mediocri auriũ aut oculorũ, ſic ꝙ ra
ro vſus narcoticorũ neceſſarius ſit talib⁹ doloribus. vt ille Matheus in prin
cipio ſue pratice. nam intelligat̃ de frigidis & ſic nõ poſſident cerebri mi-
ringas, aut ꝙ ſermo cõparatiuus nõ pugnat, immo experiẽtia videmus, ho
mines grauet̃ torqueri capitis doloribus. Signa aũt ad que aduertere pre-
ciperet Hip. ſunt vigilia perpetua vomitus felleus, aut eruginoſus. nam &
ſi a felleo inciperet, eruginoſus cõiter ſuccedit aduſtis humorib⁹ ex vigilia
Gal. 6. epidimiarũ, caſus virtutis, & reliqua cõparia iis. que alia ſi oſtendant
met morbũ apicem tenere malitie nihil ſupra. De alio vero puncto. opor-
tet ſentire, cõformiter ad Aui. in locis citatis ac in cap. de ſignis deriuatio-
nis materie ad caput. ac. 3. de criſi. in fine. ꝙ dolor iſte abſolutus à tãta per-
nicie ſignorũ, cõmuniter indicat criſim per ſuperiora. aliquando vomitu,
aliquãdo ſanguinis fluxu e narib⁹ ipſis. qui dolor talis fit ex euaporatio-
ne & motu ad ſuperiora verſus vias nariũ, exiſtentibus ſic cerebro propin-
quis. & vſq; ad. xx. diẽ id expectari poteſt, & ſi vſq; ad. vii. potiſſimũ. vbi
multũ de bile miſceri ſanguini ſignificat̃, que ſic perforat mẽbra. & morbo
adeo velocem motum tribuit. Videndum. 2. quar. in cap. 5. & 4. apho. in te-
xtu quibus aures ſurdeſcunt in febribus. ꝙ ſi offeras ex Aui. 2. quar. vbi ha
bet. ꝙ morbus capitis non terminatur fluxu ſanguinis narium. Reſpõde
de frigido morbo ſecus de calido. & cum febre preſertim circa frontem ſi
dolor ſit. nã authores noſtri partiti ſunt capitis regiones. 4. humoribus to-
tidem, ſcilicet ocipitiũ ꝙ frigidius ſit pituite, partẽ ſiniſtram melẽcolie ex
directo ad lienẽ qui illius feculentie eſt domiciliũ. dexterã bili propter fel
& iecur. Sed proram ſanguini ex venarum copia cordis aſpectu ac pulmo
nis. ergo ſi prope. vii. non viciatus craſicie, non frigoratus, non ad pus con-
uerſus, obnoxius manet predicto fluori. ex quo ſi circa eas anteriores par-
tes dolor infeſtet, certius de ſanguinis fluxu expectandũ eſt. de alio autem
puncto non eſt abſonum credere, ante. vii. poſſe ſuppurari, cum libro. 2. ru
ptura iam viſa eſt in prima circuitiõe. ſed factis illis cõparationib⁹ textus.
ante. vii. ad fluorem ſanguinis eſt promptitudo maior quia puris preſentia
cum defectum aliquem denotet, ſemper amat ꝓlixius tempus, compara
tione ad criſim euacuationis. Sed qualiter prorrogato termino ꝓmittitur
ſalus cum pure exeunte e naribus, auribusve, cum tale ſic exiens, cerebrum
eſſe dilaceratũ ſignificet, ſed ipſius ſolutio irreparabilis eſt. 6. apho. in te-
xtu. cerebrum inciſum. ſed Aui. 1. ter. cap. 4. tract. 2. cum loqueretur de ſo-
da ex apoſtematibus capitis, dixit in ſententia. ab hoc multũ doloroſo ſol-
ui contingit, ſi exeat e naribus aut auribus ſanies, ſanguis, aut aqua. confor
miter ad ſententiam Hip. dolenti aut circundolenti caput ſanies aqua aut
ſanguis ſi exeat ſoluit egritudinẽ & gentilis dicto loco & thadeus in gloſa
illius aphoriſmi, credunt vnum, in quo non eſt dubitare, ꝙ membra capitis

intranea

intranea cerebro confinia, vt aures & similia, posse inflari ac rumpi ac salubriter terminari. Quod vero intimius est, impossibile. nisi sentiamus. illud pus non exire a partibus veris substantie cerebri, sed a quibusdam glandulis replētibus cauitates necessarias. Potissimum versus partes colatorii, que partes haud tante dignitatis sunt. Item & medularis substantia, que non est ventriculosa adhuc potest esse soluta non letalis. iuxta sententiam Gale. in dicto apho. in verbo nisi ad ventres perueniat solutio. Creditur ergo tale pus exire a quibusdam porrositatibus cōmunibus & rimulis. Nec pugnat dictum A ui. 3. quar. cap. xx. de exituris calidis qui ibi cōmendat, eruptionem apostematis cerebri ad duos ventriculos, magis ad anteriorem quam ad posteriorem. Solum enim cōmendat viam expurgationis, quia quod rumpitur versus anteriorem ventriculum facilioris est expulsionis tum palato, tū naribus. secus de posteriori. Si vero non vindicatur a morbo supradictis modis, per abscessum ad inferas sedes contingit liberari. quod potissimum contingit, cum diutina magis passio fiat. Sed dignum extat consideratione, cum soleat affectus inferioris regionis, si calidus sit, ad supernas sedes deriuari, soleatq; apostema lithargicum, optime retro aures permutari, ꝙ materia calida in capite existens, nullam ad inferius habens inclinationem, sintq; cerebro tot loca propinqua ad què congrue posset deriuari, ad sic inferas sedes transmigrari expectetur. Ego in eo anno, quo morbus ille vulgo modorra hoc regno grassabatur, quendam femi mortuum per apostema in fundo, vindicari a morbo vidi. Ad rem igitur perueniendo dico, ꝙ materia frigida que cerebro continetur, frequenter retro aures infarcitur, natura non potente ob humoris renitentiam longius expellere. Sed humor calidus si aliis iudicationibus non obtemperat, colligitur in inferioribus sedibus. que permutatio est possibilis humore sui subtilitatē virtuti propellenti non obuio, estq; talis permutatio acceptata satis ab A ui. in. 2. quar. ꝙ ad ignobiles sedes, & distantes a nobilibus mēbris. id per Gal. 6. epidimi. cōmētario. 1. super textu si infra vmbilicum quidē superiora consisterint in inferioribus articulis bonū est. Ex quo textu Hip. si cōspicis, habes fundamentū, qualis est regio illa inferior ad quā permutari, cōsentit noster textus. nec de tam distanti permutatione nec de insolutis viis quibus fit talis transitus, est multum mirandum vt arguamus impossibilitatē. dicente ipso A ui. 4. pri. in cap. 3. sicut cum a capite ad anum aut ad crus aut ad pedē euacuat, nō enim ꝑ certo scitur si ex toto cerebro aut ex vno ventriculo. quanto igitur morbus prorrogat, inditium est virtutem magis deficere, crassioremq; humorem esse. ob que propensior erit, cum distat a principio, permutationi quam vacuationi, & potissimum ad inferas sedes. estq; media iudicatio, cum in eadem parte affecta ipso pure terminatur, vt ex textu colligitur. quare &c.

Magis expectari ſanguinis oportet eruptionem in minoribus natũ quintum & trigeſimum annum agentibus: in maioribus vero natu ſuppurationem.

GAL.

Finitio ducta ab etate eſt, quo magis expectes ſanguinis e naribꝰ fluorem. Cauſa vero perſpicua eſt, ac ſepenumero prodita, vt etas ad quintum & trigeſimũ annum plurimũ gignat ſanguinis, accedit ad hoc vt per hunc etatẽ calidior ac bilioſior habeatur. At vt antea definitum iam eſt, id quoqꝫ ad ſanguinis fluorẽ a natura factũ idoneum eſt.

GLOSA.

Cum prefactum dolorem bifariam iudicari propoſuit, fluxu ſanguinis e naribus ac abſceſſu, cui etati ſingula earum iudicationũ magis congruat, in preſenti textu declarat: diuiſitqꝫ totam hominis etatem ad duas partes principales defectus ſcilicet, & perfectus. Vnde cõmuniter ex hoc textu colligitur hominis vitam eſſe. 70. annos. Iuſta dictum pſalmiſte. Tantum enim decreſcit homo, quantum perficiebatur. vnde etas virilis aut pulchritudinis ſeu conſiſtentie ad dictum. 35. annum terminat. fluxus ergo ſanguinis citra annũ. 35. magis expectãdus eſt, ſemper puerorũ etate minus prona ad illud vt ſupra põderauimus & habet Gal. 6. epidimi. cõmentario. 1. ſuper textu. Soluere autẽ & ſanguis emanans. plus autem grandioribus id incidit. Gale. ait in infantibus autem de quibus ſermonem habet, ab initio nec ſanguis apparet, preter quã raro. Nota deinde, qꝫ verbo. (magis expectari.) denotat etiã in tali, abſceſſum poſſe fieri. & in ſequẽti, ſanguinis eruptionem. Nam aliquot ſenes corpulentiores ſunt, aliquibus adoleſcentibus. vide quid dicat Gal. de flob. tracta. proprio in optagenariis ſi corpulenti ſint, non me intromitto in preſentiarum, de ſententia Gal. 6. de morbo & ſimpthomate. qua etate actus naturales ſint valentiores, nam & ſi in pueris id eſſe colligatur. ſupra vidiſtis eam molẽ ſanguinis & ſi collatione ſuorum corporum ſatis acreſcat, pigri motus eſſe, ad rumpendum venas, cõmertio pituite ex ingluuie, abſentiaqꝫ bilis ipſius. qui humor ſui acrimonia recludit vaſcula Gal. 6. ipidimiarũ. cõmento. 3. ſuper textu ſanguinis de naribus profuſio. Secus in etate grandiori, ex quo ob ſanguinis feruorem ea etas pthiſicis propenſa eſt. 6. apho. ruptis venis. & ſi inordinati motus illius etatis, non ſit parua cauſa. Cum autem ſuppuratio, defectũm nature aliquẽ oſtendat. 3. quar. cap. xx. & ſi boni ſit finis. Iuſta ſentẽtiam Hip. in. 6. epidimiarum cõmentario. 2. in textu omne ſuppurans non reuertitur. Ipſa met enim concoctio, & iudicatio, ſimul & abſceſſus. que pulchra ſententia non parum faceret, pro dicto illorum in queſtione ſupra agitata, an reſolutio eſſet felicior iudicatio, ſuppuratione (qui tenebãt ſuppurationẽ, totius vtilitati magis prodeſſe.) ergo cum poſt eam etatem virtus imbecilior reddatur, incipit enim calor minui poſt illam etatem, dicebat Aui. 1. pri. promptius alia ſuccedet iudicatio, que per ſuppurationẽ fit. Sed cum

in precedenti textu de fluxu sanguinis sit facta mentio, simulq; de suppuratione in capite, ac abscessu ad inferas sedes, si oportet. in presenti textu, in quo precedentē sententiam diffinit ex parte etatis, per suppurationem hic positam. acōmodam etati pcedenti, etiam abscessum intelligere, crederem sic. ꝙ quia ita oportet in satisfaciendo priori sententie, item & ad antiquā literā non aduertatur, que absolute de apostemate mentionem facit, quod de vtroq; potest intelligi. atq; iuuat eam responsionem, non explicare tempus aptius, ad abscessum in inferioribus sedibus. Ergo siue ita sit, aut non, cum omnis iudicatio permutationis defectum aliquem includat, talem esse accōmodam procedenri etati sentiamus. quare &c.

¶ Aurium dolor acutus cum febre continua ac vehementi difficilis est. Periculum enim delirij abolitionisq; imminet. Quia igitur fallax hic locus est: cito etiā animaduertere oīa alia inditia a primo die necesse est.

GAL. Nuuquam vehemens dolor in his euidentibus auriculis infestat, neq; si infestet periculum committabitur, propter ea quod neq; pars ipsa precipua est, neq; parti precipue continuetur, sed consueuerunt nominare dolorem aurium, quotiens in profundo ex audirorio meatu doloris sensus affligat, tantisper enim ipse afficitur auditorius nominatus neruus, non ex longo interuallo cerebro copulatus. Itaq; merito multi interimuntur per dolores auriū vehementes in consensum perducto cerebro. Quocirca nonnulli egri delirant, necnon aliqui de repente moriuntur quem in modum attoniti, quotiens in cerebrum decumbat vniuersim aurium dolorem committens fluctio.

GLOSA.

Incipiens Hip. in hoc tertio libro de iuditiis habendis ex morbis ipsis, ab infestissimo capitis dolore, trāsit ad aurium passionē, que & capitis dici possit. potissime cum & suppuratio eum capitis dolorem iudicabat, si ex auribus emanasse videretur. Qualiter autem priuata passio potest ipsis auribus inesse, in presentiarum adiecit. Que est dolor intensissimus auris cum febre continua, & vehementi, quod non cuiuscunq; metus est portitor, sed delirii aut mortis. nec hoc reputetur pro longinquo a ratione, quia hoc membrum falax est. ideo magis occulte minatur ruinam, quam publica ipsius compago protendat. & ideo ad talis pronostici certitudinē, prestabit inditia omnia alia a .1. die, animaduertere quod totū in processu explicabitur magis. Notandūm ergo primo ꝙ cū auris dicatur de parte cartilaginosa exteriori. & de anfractuoso illo laberinthio occulto. Opus est in presenti hanc affectionē intimam esse, cōsentire. nam exterior pars ignobilis est nec adeo pernecantia simpthomata causaret. Verum extat, quod ipse Gale. terio libro meimir in principio docuit, per quam blande hanc partem exteriorem pertractare, vt nullo pacto compressione aliqua, dolor ipse intendatur. Et nota. ꝙ quando bene perpendo de verbis Gale. in

hoc passu, videtur mihi. ipsum, posse excusare quendam laborem, quem habuit, in sexto epidimiarum. in cōmentario. 5. ad textum Hippo. qui sic habet. Si in auris doleat, lanam digito circundatam vnguine madefacito, deinde mittens interius in volam lanā auri subiicito &c. Sentit ergo Gal. ibi, iniecto oleo aut simili in aure dolenti, quod ponat medicus lanam in vola manus, & in ea recipiat eum licorem, quem auri interius iniecit. Ego autem cum id sit legitime excusabile, per volam intelligo planiciē & marginem auris exteriorem, quod spacium volam vocauit, transumptiue ad partem domesticam manus. In ea enim planicie interiori iubet Hippo. & id pronunciauit Gal. in. 3. meimir. apponere lanam sat mollem, ad imbibendum licorem & fomentandum partem auris. Verbum autem illud in calce textus Hippo. deinde super ignem imponito dolo. fateor a nemine interpretantium ante Gal. nec ab ipso recte exponi. Si ego callerem literas grecas possem esse forsam iudex. ego sensum ex sensu eliciens. dicerem quod met vas habēs oleum, aut licorem poneretur igni, vt posset ille suauis vapor si stricti orificii sit, ad aurem introire, & dolorem mitigare. & id practicum est, & apud vulgum res notissima. Quod vnde vulgus sumeret, nescio nisi ab hoc loco. ad locum igitur reuertendo, vnde sermonem incepimus, dicimus. partem exteriorem esse etiam sat sensitiuam, & oportere suauiter eam tractare, nec ex vicina, pariat ingentes dolores. & huic attende mente, tanquā maxime precepto cure auriū. hec Gal. Ergo locus affectus, est interior pars auris adeo cerebro finitima, potissime posteriori: que cum sit vacua magis, est auri interius magis accōmoda, cum colisioni aeris causantis sonitum, necessaria sit cauernositas aliqua. Qualiter autem pars posterior cerebri sit vacua apud Aris. & qualiter id sit intelligendū, aliquando dicemus. Ergo non poterit esse acutissimus dolor continuus, cum ingenti febre in tali loco, nisi apostematis calidi presentia. Quod quāti periculi sit, per te licet cōtemplari. Neruus enim auditus interius vestiens organum, a. 5. pari deriuatur, per exiguam distantiam a cerebro, & non valde stipatus carnea substantia, aut alia re que ipsum muniat. si offeras, Gale. 3. meimir de vlceribus aurium. precepisse vti medicamentis fortissimis. Statimq;, licet preter rationem videatur, aurem sufferre accerrima farmaca. Dico quod si non est cum dolore, talia tolerat, & sunt necessaria membro sicco exicando, vt tertio terap. presentitum est, membrum namq; hoc cum solide sit substantie, si non est affectum dolore. vt Gale. docuit, bene tolerat illa fortiter exicantia medicamenta. Sed cum dolet, valde tali dolore torquetur homo, vt tanto acumine cōtingat mori, ob quod in talibus passionibus ad stupentia farmaca. facile transit Gal. loco allegato. Semper tamen tepida apponantur, quo differt ab oculis. quia frigidum inimicū neruis, & tale membrum natiue.

est frigidum multum, vt in .1. huius presentitum est. Si igitur acumine doloris non exterminetur, saltim delirium necessum est pacti, ex tanta affinitate ad cerebrum. Magna intemperie facta in spiritu animali, qui est instrumentum occultarum virtutum. Quam sententiam Aui. singulariter posuit in fen. 4. tert. cap. 6. sic habet, & peruersior dolorum auris est ille, qui est ex apostemate calido profundo inflammatiuo, & illud est cū febre inseparabili. & proprie cum perducit ad permixtionem intellectus. quasi deliriū quod explicat Hip. in presenti ꝑ altero significatorū, ponat Aui. pro inditio istius passionis, cū vehemens est. dicit statim ipse, conformiter ad Gal. in presenti cōt. ꝙ aliquando interficit in eodem die. sicut apoplexia. & si in hac, ob excessiuam plenitudinem, illic vero ob intollerabilē dolorē, quo natura tantū debilitatur, vt pluries dictū est. Qualiter aūt si sordes que ex auribus exit, dulcis appareat, id letale sit, significās corruptionē cerebri, cōformiter ad Hip. 6. epidi. cōtario. 5. in textu hominibꝰ sorde &c. Hic colligas, pro alio loco. signa ergo ad que oportet attēdere, sunt ad tolerantiam morbi, ad somnum, ad rationem, ad virtutem. nam si hec faueant, nō erit semper letalis ille dolor, oppositū si talia inditia aduersentur. quod totum in sequentibus magis enucleabitur. quare &c.

¶ Natu minores septimo die: aut citius ab hoc morbo interimuntur. Natu vero maiores multo tardius. Febris enim ac delirium minus in eis infestant: & aures in eis antea suppurantur. Sed per has etates recidiue euenientes morborum plurimos interimunt: minores vero natu prius quam suppurentur aures: interimuntur. Si enim ex auribus pus effluat candidum expectari potest natu minorem conualiturum: si quod aliud bonum in eo inditium extitit. GAL.

In minoribus natu febris, & item delirium potius accidunt ob calidum ac biliosum temperamentum. Itaqꝫ merito interimuntur antequam aures suppurentur. Maiores natu quantum in hec agitur, minus periclitantur, sed recidiue eueniunt affectionum, quia nō integre concoquitur dolorem committens humor ob temperamenti frigiditatem. Ceterum residuum dictionis satis perspicuum est. GLOSA.

Qualis sit iudicatio talis affectus in auribus existentis, & quam varius terminus, etatis variatione, enudeat author in presenti. De qua etatis collatione cum nihil discretū dicat, consentaneū est, conformari ipsius sententie, vt per minores natu ipsos ante consistentiam intelligamus, per maiores vero, omnes talia patientes grandioris etatis. Sic Auice. in hoc proposito. 4. tert. de senibus & adolescentibus mentionem fecit. Textus igitur iste videtur continere plures conclusiones, quas sigillatim percurrere, haud est indecens. Prima est. natu minores ex tali affectu doloroso continuo & intenso, simul cum tali febre, in septem diebus aut prius extingui, natu vero maiores tardius. Est igitur notandum quod licet. tertio de crisi,

&de

& de morbis vulgaribus scribat sepe, virtutis robur abreuiat salubres morbos, mortalesq; prorrogat. Casus isti⁹ textus excipiẽ a tali cõsideratione. quia hic non est successiua actio nature in morbum aut econtra, sed quipiam raptus violentus. ad cuius similitudinem etiam ex morbo attonito robustiores citius pereunt. 1. tert. cap. proprio. Cum igitur acumine doloris mors in talibus succedat, qui armoniacam temperaturam pre ceteris rebus exterminat, libello de cura lapidis. & 2. pri. promptius talẽ mortem incurrere minores natu, id, est, quod conclusio intendit textus, nondum tamen causa est assignata. Nec parum dubia est talis ratio, nam ex Aris. 2. de partib⁹ aĩalium cap. 2. calidior sanguis ad robur est aptior. (Nec me intromitto an si robur possit esse cum copia sanguis, & vbi robur est, sit & sanguinis copia. nam de illo. Gal. libello de multitudine cõtra antiquos satisse cit.) Sed frigidior sanguis ad sensum prestantior est, argumẽto nobis sunt apes & formice, quorũ animãtiũ, prudentiã imitari nos, suadent sapiẽtes. Animantia autem illa & si viua calida dicas, collatione ipsorũ mortuorũ, satis frigida sunt. Primo de temperamentis totũ videndũ. quicquid sit de subtilitate gen. 1. pri. de declinatione omniũ mixtorũ ab eqnali ponderis, per calidũ. Totũ enim illud euenit genti. quia aliter equale ad pondus cõsiderat. q̃ Gal. Non. n. est in medio toti⁹ substãtie, apud ipsum. sed ĩ quibusdã minimis mẽsuris rerũ, vltra quas, si mixtũ fit, necessum est inuenire maiorem mensurã caloris, illa scintilla, q̃ pars illius quadrige erat, que prestabat mediũ simpliciter indiuisibile. qđ paucis fuit noctũ, etiã studiosis gentilis. sed de his hactenus. Ad propositum igitur redeundo. cum in iuuenibus sanguis sit ingenter feruidus, in senibus temperatior, non video vnde magis non turbetur sensus in iuuenibus. Nam preliantes ob furiam donec tepescant, non sentiunt vulnera, qđ non esset leue argumentũ pro negantibus stupefactiuum dari vi caloris quale piretrũ putant qđ in veritate calidũ est ex Gal. Vbi ergo sensus hebes, minus dissolui dolore compat est. dicere autẽ hoc, pugnat textui presenti. Respõdendũ est vt sumiẽ de mente Hip. 6. epidi. versus finẽ & Gal. in cõt. & multis locis. essentiã nostrarũ virtutum consistere in proprietate tẽperature, que successu etatum dissoluitur, & infirmatur. cuius inditium est, ꝙ ipsa senectus sit incohata mors. Cum igitur in minoribus natu, illa proprieta stemperature vigeat in membris, & spiritibus genitis in eis, non ab re viuatior erit in eis sensus. dum modo adeo non exuperet qualitas, vt destruat actum proprie virtutis. 1. tert. 6. epidimiarum. 2. apho. cõmento illius. quibuscunq; iuueni. & 3. apho. cõto. illius omnibus temporibus. In maioribus vero natu, vltra lapsum temperature, nerui qui sunt tota res in sentiendo, & partes cutis, terrestiores fiunt. Constat autem quod id obtundit sensum, qui presupposita passione fit. Molles enim carnes habẽtes aptos mẽte dicimus. inde remis incunbẽtes, arantesq;,

truncatum

truncatum ſenſum habent in illis organis. 2. collig. ex auero. inde ſenſus plantarum pedis, ſtupor eſt. 1. ter. ſitq́. iam illa terreſtreitate, in neruis, virtuti irradianti obſtaculum, ad inſtar nebule, que ſoli obiicitur. Spiritusq́ ipſi, iam craſſi quodammodo & minoris lucis & puritatis, que omnia ſi cõcipias, merito cenſebis ipſos grãdioris etatis, a dolore magis tutos, quã ipſi ſint adoleſcentes, & ipſis finitimi, ex contrariis cauſis. Ob quod in prima concluſione. ad primam. 7. aut citra eam extingui, palam eſt acumine doloris, quia ſic peſtilentem inimicum, diu tollerare, nec adamantinũ corpus ſufferret, cõmento illius in. 5. apho. quicunq́ a thethano capiuntur. Si vero talibus reſiſtat, robore etatis, delirium non effugient, ſpiritu cerebri valde permutato, maiores autem natu, quia non ita doloris acumine diſſoluuntur, ſi ſuccumbant, adhuc prolixiori tempore iudicantur, non merito virtutis reſiſtentis, quia ſic iuuenes diutius permanerent, ſed ob particule viuacem ſenſum, ad cerebrumq́ dita nobilem ſedem, vicinitatẽ, priuſquam reſolutione aut pure ſalus ſuccedat, in tollerabili dolore arripiũtur. in tantum ꝙ de talibus apoſtematibus tenet Arnaldus in libello cõſiderationis circa partem operatiuam. ꝙ poſſunt prohiberi, & ſunt licita repercuſſiua, & ſi cretice fiant, quia ſi ad ſtatũ perueniunt, in iuuenibꝰ abſq́ ſpe medicant. Quas etates pertractans Alexandrinus. 5. epidimi. nunc in. 6. epidi. cõmẽrario. 5. p Gal. ſuper textu Hip. (morbi & nutriti.) ait memorari oportet eorũ que in prognoſticis dixit. ꝙ iuuenes magis patiunt bene ſenſiles exiſtentes, ſenes vero ex frigiditate tanquam congelatiõnẽ habẽtes, nõ ſunt pene ſenſibiles. Alia cõcluſio eſt, ꝙ apoſtema iſtud ſoluitur per ſuppurationẽ, principaliter in ſenibꝰ, cuius ratio eſt, quia licet merito humoris reſolutio ſit magis cõfigurata, quia cõiter bilioſus eſt humor: merito tamẽ etatis ſuppuratio eſt magis acõmoda. non inquã ex alio niſi, ꝙ ſuppuratio cũ ageat tempore prolixiori, in ſenibus talis poteſt ſuccedere, virtute non omnino imbecilla, quia ſi omnino deficerẽt, nulla bona terminatio poſſet euenire. Iuſta dictum Alexandrini loco citato. Cum igitur nec de lirio aut acumine doloris, tantũ infeſtetur, aut febris acuitate, ob pugnantiã temperature, aut torpidum ſenſum, vt minores natu, inde dantur inducie, vt eo tp̃e prefactum apoſtema ad ſuppurationẽ perueniat, in quo ſalus extat illius affectiõis. Vnde. & ſi Hip. in verbo textus. Maiores multo tardius, videat ſentire, hos tales ſenes neceſſario interire ex tali affectu, & ſi ꝑlixiori tp̃e. Non tñ intime cõtemplãdo, eſt hec talis, ipſius mẽs. imo ꝙ ſenes aliqñ ex tali affectu liberent, quia ſuppuratio eſt talibꝰ poſſibilis, virtute quodãmodo conſtãte & ſimpthomatis prius virtutẽ nec diſſoluẽtibus, verũ extat hãc paſſionẽ, eſſe ſenibꝰ etiã p ſuppurationẽ, incolumiorẽ iuuenibꝰ, ſi ad tẽpus ſuppurationis poſſent peruenire. qđ totũ intelligit, in verbo textꝰ. plurimi ſenũ ex recidiua intereũt, ergo ex paſſione ſuppurata

plures

plures possent euadere. itē & iuuenib⁹ salus est possibilis, si aliqs sub bonis auibus, ad suppuratione perueniat. Ergo si ad talem statum peruenirēt, fa cilius & plures releuarent, quā senes, minus obnoxii aliis obstaculis, est alia cōclusio textus. ꝙ licet succedat senib⁹ talis salus per suppuratione, non est tamen talis salus stabilis, immo minatur recidiuationē. vnde & si positi sint in via salutis, solent tales ex obstaculis futuris interire. quod non succedit iuuenibus, nam prius quam suppurentur intereunt. quę conclusio videtur habere difficultatem, quia supra citauimus textū Hip. in. 6. epidimiarum. ꝙ apostema suppuratum nō reuertitur, quia in tali coctio est & maturatio & indicatio. Item etates similantur temporibus in. 2. libro supra ex Gal. sed statim infra videbis, qualiter apostemata hiemalia minus reuertunt. & idē in fen. 2. pri. in de naturis temporū. Dicimus ꝓ solutione, ꝙ cū mundifica tio in talib⁹ senibus taliū vlcerū sit prolixa, tali spatio dolores cōcitatur ven tosi, in talibus partibus, & talibus doloribus possunt iterū conuocari aposte mata. & si calida non essent, tali dolore redditi sat iam defecti, deficientio res redderentur. quibus sic defectis, si morbi alii succedant, recidiuationes quoq; dici possunt, & si nō stricto modo, a quibus cōtinget interire eos ta les senes. Prima aūt autoritas allegata habet verū, respectu apostematum que occultātur. Secūda aūt autoritas nō concludit, oīno, quia est dispar ra tio in robore virtutis que hieme reperit, & resistit recidiuationi, qd non est parua causa, cū crasicie humorū tali tpe inuentorū, qui difficile agitantur. fortificationes ergo dolorū qui iterum senib⁹ succedunt, sunt causa mortis. De vltima aūt conclusione, est maior dubitatio. nā si pus qd succedit in iu uenibus, est candidū & bene condicionatū, ad hoc vt salus ꝓmittatur, quid egent iuuenes, vt alia inditia bono consulant? cū in. 5. apho. super textu. cā lidū saniem faciēs &c. Dixit impossibile est aliquid mali cōtingere, in vul nere pus faciēte, potissimū cum laudabile sit. alterū esset querere, quę indi tia talia sint, que sub pure facto, adolescētibus promittant salutē. ad primū dic ꝙ pure sic exeunte, possent tantū defecisse ex acumine doloris, ꝙ quasi chadmice extinguerent cum pure facto. vnde si candidū sit, exiensq; a par tibus non valde intimis, nō reuertaturq; pullulans dolor, habeat apetitum, mentem sanā virtutisq; constantiā, rationabile est modo virtus, valuit resi stere i acumine doloris, & nō extingui, ꝙ facto pure, vbi dolor solet remit ti. iusta sniam Hip. nō succumbat, aliis signis bonis fauentibus. & sic habes huius canonis vtilis se ntentiam enucleatam satis. quare &c.

¶ Fauces exulcerare cū febre difficiles sunt. Sꝫ si aliud signū ex ꝓdictis fuerit prauū predicendū: vt cum periculo morbus sit. **GAL.**

Fauces exulcerate labem indicant derodētis humoris. Causa vero diffi cultatis non parua est, quia cum dolore infestant. Itaq; considerari conue niet & alia inditia, vt exquisitius futura cognoscantur. Commune vero in

cunctis erit tibi preceptum potiſſimũ, qui nec exquiſite optimi affectus, neq; deterrimi habeãtur, in quibus ipſe Hippocrates cenſere aſſolet, talia quoq; inditia eſſe conſideranda. GLOSA.

Procedit Hippo. ad inditium ſumptum ex morbo alia ſede manifeſtato, quod membrum fauces eſt. & inuit in ſententia, q̃ vlcus in illis partibus cum febre eſt difficile, & ſi mala inditia faueant, erit timor. Gal. per quam breuiter ſe expediuit ab expoſitione iſtius textus, & in antiqua litera & pręſenti, non ſolum verificat textum per viam ſigni, ſed per viam cauſe etiam. Dicit ſecundo eſſe conſuetũ Hip. in ſignis non valde certis, conſulere aliis, vt prefacti ſigni robur firmetur. ideo in preſentiarũ in tali exulceratione faucium, precipit attendere, qualia ſint reliqua inditia. Fauces vt ſequenti cõmento apparebit, ſunt tota ea cauitas, que aperto ore oculis intuendo diſcerni valet. Notandum vlterius peliculam veſtientem os continuari ſtomacho, 1. pri. cap. de generatione humorum. ac. 3. de facultatibus naturalibus per Gal. ex qua continuatione, plurima ſoluuntur problemata, illis locis videndum. Scimus etiam, ad hoc ſpacium tam viam aeris quã cibi terminari. vnde iis duabus viis hec regio nutritiue ſedi & precordiali cõmunicat. in quibus ambabus frequẽtius contineri febrium acutarum materiam, (vti de cauſone poſſet explicari) omnes conſentiunt. Ergo apparẽte exulceratione in talibus partibus, acres fumos e talibus mineris aſcendiſſe, qui eas partes dilaniarũt, ac corrodunt, ſignificatur. ergo ſignum eſt ingentis febris, ac acrium fuliginum. vnde raro eſt in acutis febribus, has partes non videre exulceratas, immo ob talem promptitudinem. 1. quar. cap. de curatione febrium acutarum dicit Aui. eſſe maximum iuuamentum aſſiduare gutturi patientis acutam febrem aliquod humidum, quod teneat in ore, & ipſum humectet. quod nõ ſolum tali exulcerationi obſtat, immo & ſitim extinguit, guſtumq; meliorat, ac aeri ingredienti viam prebet roridam, frigidamq;, vt ipſe recẽtior, frigidiorq; vadat. talia namq;, adiuuant febrientes. videndũ. 6. epidi. cõmentatio. 3. ſuper textu ſiti carentẽ os claudere, tacere, ventum cum potu frigidum introducere. que prefacte exulcerationes ſunt aliquando corroſiue, ambulatiue, nigre, ſordide, que ſecundum magis & minus periculoſe ſunt. & aſſumptioni ciborum non parum obſtant, vnde ſatis grauantur infirmi tali dolore. & ſi plus potui obſtent, quam cibo, alibi videndum eſt. Inditia autem praua. que tales exulcerationes grauare poſſent, eſſent talium vlcerum perſeuerantia, & fraudulentia, doloris incrementum, apoſtematis concitatio & alia ſimilia. Vnde nec mirum, quod Hippo. prius de vlceribus, quam de apoſtematibus huius ſedis determinet, quia vlcus harũ partium conuocat ſepe apoſtema. ex quo licet antiqua litera, loco ex vlcerationis, apoſtema habeat, ipſi non cõſentimus, cum ad apoſtema ſtatim ſe transferat author. quare &c.

De angina.

De angina. Capite. vi.

Angina grauissima est: ac celerrime interimit quecunq;: nec in ceruice: nec in faucibus conspicuum aliquid efficit. Plurimũ vero doloris infert: ac spirationis difficultatem. Hec enim eodem die: & secundo & tertio & quarto strangulat.

GAL. VT fauces preiacentem gule & gutturi sedem appellet, perspicuum est etiam ex his que hoc loco scripsit, illã anginam dicens esse grauissimam, quecunq; nec ceruice, nec in faucibus dispositionẽ quandam indicet preter naturam ex colore, calore, mole. Porro ceruicem intelligit collum. fauces vero aperiendo os ac linguam comprimendo deorsum euidentem amplitudinem, in qua gemina hostiola visuntur, tum gule, tum etiam gutturis. Quotiens igitur in neutro horum appareat aliquid preter naturam, existimandum est intra gutturis corpora lacessere inflammationem, ex qua strangulantur. At cum anime iter angustum sit, strangulentur necesse est eo integre cluso ob circumueniẽtium corporum inflammationem. Itaq; coguntur dirigendo collum spirare quo dispescant sensim meatum. Supinus enim iacentis habitus eum extreme cludit priore corpore magis concidente in ceruicis vertebras. Igitur ob eam rem, & quia inflãmatione vexant musculi in gutture, merito dolore afficiuntur. GLOSA.

Quid sic prognosticandũ, de morbis apostemosis in tali regione existentibus, docet in presentiarũ. & tres gradus suffocationis sentiens, a pessimo incohauit. quia ibi maius periculũ vertitur. & licet strangulatio a pluribus causis accidere possit, solũ de ea q̃ ab apostemate fit, sermo nobis est in presenti. Ex quo licet circa hoc nomen squinantia, Gal. 4. de locis affectis. longam digretionẽ faciat, absolute idẽ sonat, qđ suffocatio, seu anhelitus ꝓhibitio, ob angustiã & constrictionem factã in his mẽbris. Ibi enim Gal. citat Hip. in sui fauorẽ in hoc loco. Describẽs ergo Hip. pessimum angine hoc est, squinantie statũ, dixit esse que maximã spirandi difficultatẽ faciebat, cũ ingenti dolore, nulla manifestatione in ceruicibus, nec in faucibus, scilicet nec coloris, caloris aut tumoris quã sic pessimã squinantiam introduxit. 3. de morbis vulgarib⁹. sed nõ hunc primũ gradũ, in cõmẽtario. 2. in textu illius q̃ angina laborabat & apud bithionẽ agebat. & ideo illius mors dilata est ad diẽ. 5. cum istius textus angina, ad plus differẽ ad. 4. diem vt in processu videbit, verum extat Gal. sentisse in cõt. illo esse dilatã mortem ob robur virtutis & nõ ob minorẽ impetũ passionis potissimũ ꝙ tantũ laborabat anhelitus angustia ꝙ ipsum haberet altũ hoc est erigendo collum, aut altũ ꝙ omni musculo inspirationis iuuabatur. ad literam igitur accedendo. dicimus ꝙ ex acutissimo dolore, cõsiderare cõuenit, hoc apostema pẽdere ab humorib⁹ calidis. quia in flegmatico apostemate dolor est obtusus, melencolica vero squinãtia raro fit. & cũ ea, q̃ in hoc textu intelligitur,

summe

summe periculosa sit, inde colligitur, non esse pituitosam. quia que a tali pendet secura est. 3. apho. Nam ea que vere accidit, ex pituita congesta hieme vincitur ab autumnali, que pendet ex humoribus stare congestis, qui acuti sunt. Videndum ibi per Gal. quod apostema cum intensi doloris sit, pendeatque ab humoribus calidis, non minus portendit sui metus incrementum, per magnitudinem, vt viam coartet inspirationis, quod autem nihil appareat in aliis partibus, esse in loco intimiori, nobiliorique, ostenditur, maximeque aeris transitum impedire. ex quibus omnibus denotatur istum morbum esse per peracutum, cuius iudicatio. Iusta decreta in principio libri istius tertii, ad plus differtur vsque ad.4.diem. pro enucleatione ad sententiam huius textus, oportet primo subiicere, quod ceruix idem est quod collum. ipsum vero est illud membrum, quod ante & retro inter distinguit caput ab humeris. guttur vero est orificium seu ostiolum aeris, gula vero ipsius cibi, vnde gulosi, qui admodum cibis delectantur. Fauces vero est cauitas, que aperto ore apparet, & interioreriam, cum premetur lingua, sic quod illa duo hostiola non occultentur. Notandum deinde quod cum animali non sit possibile viuere sine spiratione, & cibo. quia cum substantia nostra vndique dissoluatur, lib. 1. de sanitate tuenda, & de dissolutione continua, omnis talis instaurari habet, ex quo his duabus substantiis necessariis sic, adaptauit vias iusta caput. quod tale a capiendo dicitur vtrumque alimentum, ibique est os, quod via est vtriusque substantie. & quia aeris est maior necessitudo, adhuc ipsi anteriorem applicuit canalem, ac solidiorem, cibo autem posteriorem, tanta vicinitate, vt tesuderet ad pulmonem, que via cibi labuntur, & via aeris suis semi circulis amplexetur, & cedat grandioribus bolis, que vias arctare possent. qua vicinitate licet, dicas pulmonem non distare multum. 4. pri. & si via publica sit post cor. plurima pulchra puncta possent annecti huic passui, iusta harum viarum propinquitatem. que modo nollumus inserere. pateatque absentibus, si hunc passum contingat legere, hac nostra regione esse feminam monacham, que a tribus annis fere viuit absque cibo & potu. De quo nemo dubitet, quia periculum factum est a probatissimis personis de ea re. Ergo omni animali naturaliter necessarius est cibus, ac aer, & vie publice ad tales substantias. ex quo tales vie, & si principalia membra non sint, pro talibus reputantur gratia officii. ex quo cum morbus multifariam periculosus censeatur. ex Gal. 4. de morbis curandis. talis, est prime acceptionis. Vnde cum aer sit necessario, adhuc morbus qui inspirationem tollit, primum gradum obtinet, & potissime si affectus sit priuatus in via aeris. Cum igitur opilatio sit proprie morbus viarum, primo de diff. morborum &. 2. primi. & talis que artenuaroria dicitur, aut sicitare, aut vacultate vie, aut pondere vicini. in presentiarum morbus proprius, qui priuat aerem est coarctatorius, comunitatis autem arenuarorius, in tertio membro. sic Auicena in fen. ix. tert. in propria materia aliquid horum tetigit.

Notãdum vlterius, ꝙ cũ per hos canales corpora trahantur, propter que, secundum magis & minus dilatari oportet, & quandoq; claudi, ac ob alias vtilitates, inde musculos inesse vtriq; viarum, est necessium. semper intelligendo de motu arbitrario. Sed talium musculorum hec est discrepãtia, ꝙ musculi epiglotis ad anterius declinãt, ipsius vero ysogaphi ad posterius. & tales dicuntur extrinseci, quia versus partem extrinsecam & minus nobilem consistunt. alii vero consistunt musculi in his canalibus intimi magis, vti claudentes canalem qui prestant vigore, vt omnibus constringentibus inferioribus non cedant. 7. de vsu paruũ, qui non visuntur, nec talem habẽt inclinationẽ. quibus omnibus sic contemplatis ex Aui. loco citato, est colligendum ex presenti litera, pessimam anginam esse illam, que fit in spatio intrinseco istarum viarum prefactos intimos apprehẽdens musculos. nam licet ista vehemens malicia explicetur, ex magna spirationis difficultate, non pugnat per apostema cane ipsius cibi, satis prohiberi anhelitum. ipso Aui. dicente loco citato, aut fit in musculis intrinsecis meri, & constringit anhelitum propter vicinitatem, & sensui non apparet. creditur ergo Hip. in presenti, de angina vtriusq; cane intellexisse. nam describit pessimũ statum ipsius, nullo signo viso nec anterius aut posterius, ergo ambas colligit, nam pessima ipsius vie cibi, refugit manifestationẽ posteriorem, cui propinquatur, quia interius fit. & que via aeris consistit, nec anterius manifestata est ex aliquo vestigio. item nec in faucibus apparet aperto ore ac pressa lingua, ergo intra musculos est affectio, que met viam occupat: ex quo immensus dolor, ac anhelitus priuatio. si autem libet, solum Hip. introdũxisse pessimam anginam in musculis intrinsecis cane aeris existentem, non prohibeo. & tunc exponenda est litera, ꝙ in ceruice non apparet tumor, scilicet in collo anterius, nec in faucibus, aperto ore. & vide, quam intima sit ea affectio, vt partes proximas nec colore aut calore viciauerit. Hi ergo ad modum laqueo suffocatorum interimuntur, & tanto celerius, quãto aeris refrigerantis fuerit maior necessitudo, vnde carnosis & robustis celerior mors. vnde non in consone post aurium dolores, quibus iuuenes citius cadunt, sequitur hec pertractatio, cũ tali affectu robustiores ocius extinguãtur. ob qđ tales coguntur aperto ore, linguã foras mittere, ad instar canium tempore magni estus, cũ maius refrigeriũ procurant, aeri patulam magis parando viam. ideo ista pessima angina ab aliquibus canina dicitur. adq; ad facilius inspirandum coguntur recto collo, sic enim melius patefit aeris via, ac cibi. ob qđ asmatici dormiunt non cubantes, sed sedentes. iusta quod aliqua est anhelitus difficultas, qui libro de disnia. &. 10. tert. per Aui. dicitur anhelitus preparationis. quia nisi tali rectitudine preparentur, suffocantur. Ego autem primo libro dixi de femina quam curaui ex vlcere meri, quod non deglutiebat nisi stans, alias multum fatigabatur. Sciuisti

etiam

etiam eo loco, qualiter supini debet sumere id, quod optamus resudare ad pulmonem. vbi causam assignauimus, esse morosam deglutionem que sic cubando fit. ꝙ autem cum difficultate supini deglutiamus, vltra experimentum quod aduxi, est sententia gentili. 13. tert. cap. 5. tracta. 1. in verbo. vidēmus infirmos vt melius transglutiant se erigere ad transglutiēdum. cuius causa potest esse, ꝙ tunc cibus sui grauitate melius cadat. ac attractio villorum longitudinalium, quod est instrumētum illius operis, sub eo situ melius fiat, ipsis aptius contractis. quo sic perpenso. simul cum artificio id indicante, ꝙ ad talem finem medicamenta resudantia in modum loch conficimus, vt maiorem moram contrahendo, resudare possint. que omnia vt clariora fiant. Scias Gal. 8. de plaritis. pertractasse hanc materiā. Simul & 7. de vsu partium. sed illic ex proposito contra Platonem qui pigre & false habuit, totum potum descendere per viam aeris. cuius opinionis reprobatio, tum ex iis hoc loro inscriptis, tum. 4. de morbis curādis versus finem. aliquibus clauditur dictis. Primum aliquid ex via cibi, ad viam aeris transire. & sic ad pulmonē, experimento est comprobatū. quia si aquā rubeam dederis paulatine transgluriēdam, & paulo post seraueris pulmonem, ipsum tinctum tali aqua inuenies. Isto dicto rlauditur. 8. liber de placitis. & in cōdemnationem Platonis oportet addere, & totus ille potus reperitur fere in fundo ventriculi, igitur. Secundum dictum. cum naturaliter via pulmonis ad aerem attrahendum, sit ordinata, si subito occupetur ex cauitate, cibo, aut potu, necessum est tussim excitari clamosam, quā non est homini cōpescere. Istud dictum, etiam est experimento comprobatum comperto. ꝙ existēte gutture seu faringe composita ex tribus cartilaginibus. illa que cimbalaris dicitur officium habet, interponendi se cibis existentibus circa illas cauitates & potibus, vt nō transeant ad canam aeris. Et quia aeris cana secundum superiorem partem, erat perfecte circularis, & non poterat cedere cibis secundum eam parttem, vt inferior suis semicirculis, inde cum deglutire volumus, ascendit nodus & pars alta trachee. in quo ascensu, illa via aeris perfecte clauditur, illa cimbalari cathilagine, musculis claudentibus. Ob quod dum comedimus, aut bibimus, complecte cohibemus, inspirationē, & ideo cum perseueramus in bibendo. suspiramus in fine, magnam facientes respirationē, ad amissum anhelium recuperandum. ob quod si auiditate comedendi, descendat bolus, ante quam nodus ascendat, & perfecte claudatur aeris via a dicta carthilagine, tussis clamosa excitatur. Transeunte ex via publica, aliquo substātiarū duarum ad ipsam aeris viam. Ideo causat ꝙ gulosi, quasi suffocātur. quia tanta auiditate non potest exacte claudi via. Item ꝙ pro vita est necessum inspirare, cui tempori occurrit cibus, & facile permeat ad aerē. Simile euenit, si inter comedendum vellimus loqui. quia pro voce egemus aliqua apertione cane. ob

qđ, religiosis ne casu suffocent, vltra alias vtilitates, precipit, ne loquantur inter comedendũ. Tertiũ dictũ. si aliquid vtilit & absq; noxa ad pulmonẽ debet transire, debet esse per modũ resudationis, ex parte qua vie iungunt patet, quia illo leui motu quasi non alterat, & ideo nã Gal. 4. libro citato qđ humor vndiq; iusta tunicas arterie, ceu iusta murum aqua descendit, tunc tussim non cit. si quid per mediã spiritus viã incidit, tussim statim excitat. Quartũ dictum. cũ talis resudatio paulatina debet esse, quanto deglutita magis imorantur, tanto aptius in canã delabuntur. Ideo in calce. 4. de morcurãdis. vt q̃ diutissime in ore teneat. Quintũ, si supinũ aut resupinũ (idẽ enim est,) nam 8. de placitis in calce per verbũ resupin⁹ legit Gal. hic p verbum supinus. cubare, ad deglutionẽ tardiorẽ disponit, clara est tota deductio. Dempto, q; verbũ Gal. dicto. 4. explicandũ est, cũ ait, oẽs qui illic sunt musculos relaxet remittatq; precipiendũ. qui musculi sunt isti? Primo verbum relaxare aut remittere est nõ applicari ad opus. est etiã relaxare apperire, tãtisper eos musculos. & cũ plures circa eum locũ sint, 7. de vsu parti. de aperientib⁹ innominatã carthila, a clipeari seu scuti formi, & de aperiẽtib⁹ cimbalarẽ seu superiorem intelligendũ est. q; si offeras, hoc obuiat cunctis superius dictis, nam ex tali apertione, ad mediũ cane ibit licor, qui vrgentem tussim excitaret, p dicta in. 4. de morbis. nisi esset, q; Gal. ex pposito tractãs hoc, dicto. 8. de placitis. Exponit verbũ laxet & remittat. Inquiẽs. deinde resupinatus orificiũ gutturis tantillũ cõperiat, in nostra si quidẽ est potestate aperire & claudere cũ vollumus. Tunc interlabi pauxillũ quipiã in id ex ore presentiet. in qua autoritate, etiã per viam interiorẽ cane, aliquid interlabi cõsentit. qđ si pauxillũ sit, in tussim non cõcitabit, aut saltim paruã. ergo sentit etiã iuuare, talinm musculorũ relaxationẽ ad aliquid se imbibendũ ex via superioris cauitatis. sed cũ nõ sic sit. euident clarũ, quantum possimus eas vias claudere, & aperire. nã & si motus sint arbitrarii, sunt adeo. naturalib⁹ necessitudinibus adicti, q; parum, imperiũ volũtatis ibi discernitur. ob qđ si vis, verbũ laxet. In alia significatiõe. dic musculos meri quos aplicamus deglutioni. Est enim. illud opus ex vtrisq; operibus cõstans. 1. pri. doc. 6. cap. vlti. Laxemus, i. non applicemus operi. sed sinamus villos naturales duntaxat attrahere, & nõ iuuemus eos motu volũtario cõpressiuo. ex eo enim multũ tarda erit deglutio, ex quo resudatio erit cõplectior. harum duatũ, summe vnã, aut ambas. Que tanta dicta sint pro hac veritate enucleanda. ad propositũ igitur textus reuertendo. sentẽtia authoris in presenti, est de pessima angina, que sic fraudnlenta & viam aeris impediens sub breui spacio extinguit hominem. quare &c.

¶ Quecũq; vero dolorẽ alteri sub similẽ infert: attollit vero ac ruborem in faucib⁹ efficit admodũ exitiosa: sz paulo lõgior q̃ supior est. GAL.

Secũdam nominat angine differentiã, in qua attollit quidem seruix, &

fauces

